Compagnia di Gesù
Provincia Italiana della
Fondo librario antico
Gallarate



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Il P. Polanco intervenne al Concilio di Trento, e scrisse quest'opuscolo mentre si celebrava il Conc. di Trento, finito il quale, egli lo pubblicò coll'approvazione di S. Ignazio che gli ne avea comandata la compilazione.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

# BREVE DIRECTORIVM AD CONFESSARII, ET CONFITENTIS

Munus ritè obeundum concinnatum

*Per M. Ioannem Polancum Theologum Societatis IESV.*

ET AB EODEM MVLTIS in locis recognitum.

*Nunc iuſſu Illuſtriß. & Reuerendiß. D. Gabr. Card. Palæoti Bononiæ Archiepiſcopi denuò excuſſum*

Ad commodum Confeſſariorum atq. confitentium, eius paſtorali curæ creditorum.

*Bononiæ apud Alexandrum Benatiū. M D LXXXIX. Iterata editione.*

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

fabi Ant. de fabi

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

# AD LECTOREM.

INTER cætera pietatis officia, in quibus Societas IESV, pro data ſibi à diuina liberalitate gratiæ menſura, uerſari ſolet, illud ſanè audiendarũ confeſsionum, quod ad iuuandam hominum ſalutem in primis eſt neceſſariũ, frequẽtiſsimè obire conſueuit. Cum igitur uiſum eſſet expedire, ut presbyteri huius Societatis diuerſiſsimis orbis regionibus diſiuncti unam, eandemq; rationẽ in hoc miniſterio gerẽdo ſequerẽtur: quemadmodum uno, atque eodem ſpiritu ad promouẽdam hominũ ſalutem ducũtur,

*Munus Societatis IESV. frequentiſſimum.*

*Ratio huius libri componẽdi.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

tur, datum fuit mihi nego-
ciũ à R.P. noſtro Præpoſito,
ut quã aptiſsimo ordine poſ
ſem, in compendium ea redi
gi curarẽ, quæ partim lectio
ne, partim obſeruatione, cre
briſq; tum meis, tum aliorũ
experimẽtis vtilia eſſe & Cõ
feſſarijs, & confitentibus cõ
periſſem. Nec uerò quiſquã
exiſtimet id nobis fuiſſe pro
poſitum, ut ſummã caſuum
conſcientiæ conficeremus,
quin potius ad huiuſmodi
doctrinã ex alijs doctoribus
petẽdã hortamur. ſed id age
bamus hoc breui cõpendio;
ut circa modum in cõfeſsio
nibus procedẽdi eſſet Sacer
dotibus noſtræ Societatis
una ꝓpoſita regula, ad quã
præcipuè, quæ ad hanc fun-
ctionem pertinent, dirige-
remus: ſeruantes eam unio-
nem in illa exequenda, quã

*Auctoris propoſitũ.*

om-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

omnib⁹ in rebus tenere pro pter Chriſti obſequium ante omnia expetimus. Verum cum plurimis exemplaribus egeremus, quæ manu exarari uix, etiam longiſsimo tempore, potuiſſent, ſtatueram⁹ typographorum opera uti, & omnia, quæ excuderentur uolumina, recipere, ut ea inter noſtros duntaxat diſtribueremus. Ac ita quidem feciſſemus, niſi Reuerendiſsimus Archintus ſummi Pontificis in alma urbe Vicarius (qui unà cum Magiſtro ſacri palatij de libris, qui Romæ imprimuntur, cenſuram ferre ſolet) nos, cũ hunc Tractatum uidit, ad euulgandũ illum, & cum alijs, etiã extra Societatem cõmunicandũ, fuiſſet hortatus. Qui ſperare ſe aiebat multos, & Confeſſarios, & confitentes fru-

*Ratio huius libri vulgãdi.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

ctum non mediocrem ex illo eſſe capturos. Nos uerò, qui labores omnes noſtros, ac nos ipſos publicæ animarum utilitati ad Dei gloriã conſecrauimus, ut aſpernari non debuimus iudicium huius ſapientiſsimi Prçſulis, ita hac in parte eius ſancto deſiderio repugnare nullo modo auſi ſumus.

Quare permiſimus, ut libellus hic in lucẽ prodiret. Precamur autem inexhauſtam Dei miſericordiam, ut tam Confeſſarios ipſos, quàm pçnitentes per pœnitentiam ueram a peccatis purgatos, ad fçliciſſimum illud regnum, in quod nihil intrat coinquinatum, perducere dignetur.

✠



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

# PRAEFATIO
## DE SVBSTANTIA, Fine, & efficienti cauſa Sacramenti pœnitentię.

*Pœnitentia dupliciter accipitur.*

POENITENTIA, & virtus eſt, & Sacramẽtum, iuxta Doctorum ſententiam: virtus eſt, qua dolemus, vt oportet, de peccatis præteritis, cum propoſito ea in futurũ euitandi: quod breuiter Ambroſius. Pœnitentia eſt præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. Vt autem eſt pœnitentia Sacramentum, ideſt, ex Auguſtino, & Sancto Thoma, ſacræ rei ſignũ, puta remiſſionis peccatorum, duplices actus includit, nimirũ peccatoris cor receſſiſſe à peccato oſtẽdentes, et Sacerdotis opus Dei in remiſsione peccatorum ſignificantes.

*Pœnitentiæ, vt virtus eſt, definitio.*

*Pœnitentiæ, vt eſt Sacramẽtum, defitio.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Sacramẽti pœnitentiæ materia.

SED rem magis explicando ex Concilio Florẽtino (cui conſonat Tridentinum, & doctores) huius Sacramẽti, quaſi materia ſunt, Actus pœnitentis, qui in tres diſtinguuntur partes.

contritio.

PRIMA eſt cordis contritio, qua pœnitens deteſtatur, & dolet de peccatis commiſſis, cũ propoſito ampliùs non peccandi.

Cõfeſſio.

SECVNDA eſt oris cõfeſsio, qua omnia peccata, quorum memoriam habet, Sacerdoti ſuo integrè confitetur.

Satisfactio.

TERTIA eſt operis ſatisfactio, qua pro peccatis, ſecũdũ arbitriũ Sacerdotis, ſatisfacit, quę quidem pręcipuè fit p ieiunium, orationem, & eleemoſynam.

Pœnitentię forma.

FORMA huius Sacramenti ſunt verba abſolutionis, quæ Sacerdos profert, cum dicit.

Ego te abſoluo, &c. Omnia autẽ alia ſunt ad ſolennitatem: quæ tamen nõ ſunt pretermittenda.

FINIS

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Finis. FINIS verò, res, & effectus huius Sacramẽti, q̃tum ad eius vim, & institutionẽ ſpectat, eſt abſolui à peccatis, & recõciliari Deo, in eius gratiã redeundo: vnde ſequitur liberatio a pœnis inferni, & in ijs, qui deuotè cõfitẽtur, pax, & ſerenitas cõſciẽtiæ, cũ magna ſpiritus conſolatione, & augmento donorum Dei.

Efficiens. Cauſa efficiẽs, & primaria huius Sacramẽti licèt Deus ſit Chriſti meritũ intuens; tamen vt ſecundaria, & inſtrumentalis eſt miniſter huius Sacramenti, qui Sacerdos eſſe debet, habẽs auctoritatẽ abſoluendi ordinariã, vel ex delegatione Superioris: et de hoc miniſtro dirigendo ſermo nobis impręſentiarum futurus eſt.

SED vt in artificialibus, artificis eſſe ſolet, & quæ ad ſuã perſonã ſpectant curare, et artis materiam diſponere, & in eandẽ diſpoſitã formam inducere, & ad



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Confeſſario quę curanda.

finem, animo propoſitum, totũ opus aptare: ſic huius Sacramẽti miniſtro (qui confeſſarius eſt) vt ſuo perfungatur officio, quatuor erunt curanda.

PRIMVM pertinet ad ipſius perſonam, ut apta ſit ad hoc munus obeundum.

SECVNDVM ad Sacramẽti materiã, ſcilicet actus cõfitẽtis, vt is à confeſſario adiutus, circa contritionẽ, confeßionem, & ſatisfactionẽ, ſuum officiũ faciat.

TERTIVM ad formam huius Sacramenti, vt rectè, atque ordine abſolutio impendatur.

QVARTVM ad finem, vt ſcilicet, pœnitens nõ ſolùm per peccatorum veniam Deo reconcilietur; verumetiam emendationẽ vitæ, pacem, & conſolationem ſpiritualem referat, & ad gratiæ profectum ſe diſponat: & de his quatuor totidem capitibus agendum erit.

DE

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

# DE CONFESSARII cura circa perſonam ſuam, ac primò de ſcientia. Cap. I.

QVOD ad Confeſſarij perſonā attinet, vt rectè, & ſecurè ſuo fungatur officio, quinque (vt ferè omnes conſentiunt) ei neceſſaria ſunt, ſcilicet: ſcientia, poteſtas, bonitas, prudentia, ſecretum. Ex quibus tamen quædam ad ipſam Sacramenti huius adminiſtrationem ſunt neceſſaria, quædam vt inculpatè ab ipſo Confeſſario adminiſtretur, quædam vt decorè, & cum fructu magno animarum.

*Quinque confeſſario neceſſaria.*

Ac primo quidem loco ſcientia neceſſaria eſt eatenus, vt non peccatis á peccata & mortalia in communi, vel ex genere, à venialibus diſcernat. Ex genere ſunt mortalia, quę contra charitatem Dei, & proxime admittuntur, quod intelligetur, videndo, an ſint contra præcepta Dei

*Primò, ſcientia.*

*Peccata mortalia ex genere, quæ.*

vel Eccleſiæ, contra votum, vel conſcientiam, quod accidit ijs, qui id, quod reputant mortale (fortè non verè) nihilominus faciunt.

Sciat etiam oportet generaliter, quæ mala eſſe ſatis apparet; vt ſeptẽ peccata capitalia, & ſpecies eorum, quæ ſtatim adnexum malum oſtendunt ex ſeipſis.

Caueat autem facilè pronunciare aliquid eſſe mortale, quod certò neſciat. In dubijs inclinet potiùs ad ſecuriorem partem: in difficilioribus nouerit dubitare; vt quod per ſe non poteſt, alios conſulendo reſoluat. Interim ſi res fuerit talis, vt niſi de ea conſtiterit, dari nequeat abſolutio, defferẽda erit; decenter admonito, vt redeat, pœnitente.

*Peccatorum circũſtantias.* Debet etiam ſcire circunſtantias peccatorum, præcipuè eas, quæ mutant ſpeciem actus, & ex quibus poteſt reddi peccatum mortale: ſi tenetur pœnitens ad reſtitutionẽ: ſi vult perſeuerare in peccato: ſi incidit in caſus reſeruatos: ſi eſt in excommunicatione. Et præcipuè eas excommunicationes ſcire debet, à quibus ipſe non poteſt abſoluere. De alijs vinculis ſuſpẽſionis, & interdicti, & de

*Confeſſio.* nota irregularitatis, licèt nõ ſit perin

de

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

de neceſſaria, aliquatenus certè curanda eſt cognitio. ſciat etiam in quibus caſibus ſit iteranda confeſſio.

*Quibus caſibus iteranda.*

PRIMO, ſcilicet cum in pœnitente deficit propoſitum abſtinendi à peccato.

SECVNDO, cum ex intentione aliquod peccatum mortale omiſſum eſt in confeſſione.

TERTIO, cum Confeſſarium non habuiſſe poteſtatem abſoluendi conſtat: quod accideret, ſi nõ eſſe Sacerdotem, vel non habuiſſe iuriſdictionem, vel certè non eius vſum, propter excommunicationem publicam, vel ſuſpenſionem, conſtaret.

QVARTO, cum conſtat mentis compotẽ non fuiſſe Confeſſariũ, vel noluiſſe abſoluere.

QVINTO, ſi omnino ignorans fuit Sacerdos, adeò vt qua forma ad abſoluendum vti deberet, neſciret, vel ſermonem pœnitentis non intellexit.

SEXTO, ſi pœnitens impedimentum habuit, vt excommunicationis eius conſcius.

MVLTI addunt ſeptimum, id eſt ob pœnitentiam ex contemptu, vel nimia negligentia omiſſam, cuius penitens oblitus eſt: propter hoc

*Propter pœnitẽtiã omiſſam.*

tamen

*cõfeſſio nõ iteranda.*

tamen vltimum iterare potius ſecuritatis, quàm neceſſitatis eſt.

SCIRE etiam tenetur quouſq; ſe extendat poteſtas ei conceſſa: qui autem non ex obedientia, ſed ex ſua voluntate ſe offert ad audiendas confeſſiones, vbi alij, præſertim idonei non deſunt, inſtructior ſcientia eſſe debet.

QVI autem dubitat, an ſit idoneus, ſi ei imponitur à Superiore, intrepidè obediat.

*De poteſtate Confeſſarij.*

*Poteſtas ordinis.*

*Poteſtas iuriſdictionis.*

PRAETER ſcientiam, Confeſſario neceſſaria eſt triplex poteſtas: prima ordinis, vt ſit Sacerdos, ſecunda iuriſdictionis, ordinaria vel delegata, vt, ſcilicet, facultas ab eo, qui poteſt, ei concedatur. Qui enim à reſeruatis ſibi peccatis abſolueret, ſcienter, vel ignorantia iuris craſſa, grauiter peccaret: & cui hoc accideret, deberet, obtenta facultate abſoluendi, & vocato pœnitente (ſi fieri commodè poſſet) quaſi volens de alijs interrogare, & certior fieri, cum eiuſdem conſenſu, vel eodem ad confeſſionem inducto, eum iterum abſoluere. ſi non poteſt cum

*Quid faciendum confeſſario, cum à ſibi reſeruatis abſoluit.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

eo loqui, vel ſine ſcandalo monere, Chriſto committat.

In articulo tamen mortis naturalis, vel illatæ, vt in his, qui morti adiudicati ſunt, de omnibus excommunicationibus, & peccatis poteſt quiuis Sacerdos abſoluere. *In mortis articulo quiuis Sacerdos poteſt abſoluere.*

Tertia poteſtas, eſt quò ad vſum, ne, ſcilicet, ſit excommunicatus; ſuſpenſus, vel irregularis. De excommunicatione autem, ſuſpenſione, & irregularitate, ac etiam interdicto, alibi plura. *Poteſtas quò ad vſum.*

*De bonitate Confeſſarij.*

Est etiam neceſſaria Confeſſario bonitas. Qui enim in peccato mortali audiret confeſſiones, mortaliter peccaret. Vice uerſa, quò ipſe melior, & in omnibus uirtutibus, præcipuè in charitate fraterna, & zelo animarum eminẽtior fuerit, eò aptius erit inſtrumentum diuinæ bonitatis, ut per ipſum dignetur pœnitentem meliùs diſponere, & eidem pleniùs Sacramenti effectum, cum gratiæ, ac uirtutum incremento, præſtare. Ad bonitatem pertinet, ut ſit compoſitus exterius, & interius, qui confeſſiones audit: *Bonitas cõfeſſarij.*

exte-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*Confeſſarius ſit cõpoſitus. Exterius.* exterius quidem, ut nihil uideatur in uultu, & geſtibus, uel motibus corporis, uel etiam in ueſtitu, nec in uoce audiatur, quod non deceat uirum maturum, & qui meminit ſe locum Dei tenere. Interius uerò, *Interius.* ut conſiderando cuius uices gerat, tanquam in eius oculis, cum reuerentia, & timore ſancto hoc officiũ peragat, & humiliter de ſe ſentiens, in corde ſuo confitentes ſibi præſeferat, ac ſe meliores exiſtimet.

### *De prudentia Confeſſarij.*

*Confeſſarij prudentia.* PRAETEREA, prudentem eſſe oportet, tum erga pœnitentem, in eius uulneribus medici more perſcrutandis, ac medicina adhibenda (de quo inferius) tum erga ſeipſum, cautè agendo in ijs interrogandis, quæ poſſent in tentationem adducere incautos. Verbis etiam honeſtis vtatur, & uti doceat: ſatis enim eſt intelligi id, quod dicitur.

*Aſpectus Confeſſarij, & pœnitentis vitandus.* QVOD attinet ad aſpectum, excludendus eſt utrinque, ut nec qui confitetur faciem Confeſſarij, neq; Confeſſarius uideat confitentis, præcipuè ſi mulieres ſunt: immò ad latus ſunt conſtituendi: & ſi nihil fuerit in

ter-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

termedium, quod aſpectum prohibeat, aurem eiſdem præbendo, certè manu ab eodem latere maxillæ appoſita, faciei aſpectus excludi poterit.

*Mulieres, in publico & citò expediendæ.*

MVLIERES uerò non niſi in publico audire, & breuiter, quantum fieri poteſt, & res patitur, eas expedire conuenit.

*Quid cũ frequenter confitẽtibus.*

FREQVENTER confitentibus certum tempus conſtitui debet, extra quod non audiantur: & cum eiſdem potius ſeueri, quàm blandi ſint Confeſſarij, nec longis prædicationibus utantur: & quàmuis eſt prudentiæ reſolutionem eorum, de quibus dubitat Confeſſarius, differre, donec rem melius expenderit: tamen eos, qui parati ſunt facere, quod debent, interdum poſſet abſoluere.

*Quid cũ caſus ocurrit, de quo variè ſentiunt doctores.*

SI caſus occurret, de quo conſtat, quòd uariè ſentiunt doctores insignes: alij, ſcilicet, quòd ſit peccatũ mortale, alij contra, & pœnitens adhæret alicuius eorum opinioni periculoſiori, tutior quidem uia ei ſuadẽda, & periculi terror incutiendus eſt: ſed tamen non poteſt ei negari abſolutio ab eo, qui ordinarius eſt: qui tamen non eſt ordinarius, ſi ſentit eſſe mortale, ſequi poteſt ſuum iudiciũ,

&non

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

& non abſoluere: uideat ergo quid expediat.

QVOD ſi non innitatur rationi validæ, nec claro auctori pœnitens; & dubium ſit, an peccatum hoc ſit, vel illud, omnino debet abſtinere velle. Si non de peccato agitur, ſed an hoc faciẽdum, necne, puta, pœna ſubeunda; uel reſtitutio facienda, &c. benignior in dubijs pars eligenda; iuxta illud C. de tranſac. In his, ſuper quibus ius non inuenitur expreſſum, procedas æquitate ſeruata, ſemper in humaniorem partem declinando, ſecundum quòd perſonas, loca, & tempora uideris poſtulare. Eſt etiam prudentiæ; cum omnes audiri nequeãt; eos libentiùs, & prius audire; qui magis indigent, ut ſunt, qui rariùs confitentur, & quorum ſpiritualis profectus redundat ad maiorem Dei gloriam, & commune bonum.

*Quinam libentius, & prius cõfeſſario audiendi.*

*De ſecreto, vel ſigillo Confeſſarij.*

DEMVM Confeſſarius debet tam arctè ſecretum ſeruare, ut nullo præcepto, etiam ſummi Põtificis, manifeſtet, quæ in confeſſione audiuit; & poteſt dicere, & iurare ſe neſcire; quia neſcit, ut homini ſub-

*Confeſſionis ſigillũ quàm arctè ſeruandum.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

iectus; licet magnum aliquod malũ immineat, non reuelando: cui tamen malo prouidere par eſt, quò ad eius fieri poteſt, non prodendo confitentem ullo modo, nec odioſam faciendo confeſſionem. De licentia tamen confitentis, & citra ſcãdalum poſſint reuelari audita, ſed non debent, niſi prodeſſe poſſint. *Notá.*

QVI interrogatus an abſoluerit aliquem; dicit, ſe non abſoluiſſe: quia ex multis cauſis hoc potuit accidere, non eſt quidem ille ſemper damnandus, ut reuelator: ſed malè diceret: potius dictũ oportuit, ſe feciſſe quod debuit; immò ſi ex cõſultatione Confeſſarij, uel etiam peccati proprij confeſſione, poſſet innoteſcere peccatũ alicuius in cõfeſſione auditum (quod raro admodum poſſet accidere) potius differri debet: fortior enim eſt tunc obligatio Sigilli, quàm confeſſionis faciendæ.

*Quid reſpondendum Confeſſario, cum interrogatur an abſoluerit. N.*

CAVEAT etiam; ne propter ullum peccati genus, minus benignam faciem, quàm prius, oſtendat pœnitenti. Et hæc de perſona Confeſſarij dicta ſint.

*Eadẽ humanitate, qua prius excipiendus pœnitens.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

# De cura, vel induſtria Confeſſarij circa actus pœnitentis. Cap. II.

*Pœnitens quomodo iuuãdus.*

SECVNDA Confeſſarij cura eſſe debet circa pœnitentem iuuandum ad actus ſuos, ſcilicet, contritionis, confeſſionis, & ſatisfactionis ritè peragendos. His autem, qui rariùs, & non benè confitentur, Confeſſarij charitas, induſtria, & diligentia eſt magis neceſſaria, vt quòad eius fieri poſſit, pœnitentium defectus ſupplendo, eos ad huius Sacramenti finem conſequendum diſponat. Quia verò cum huiuſmodi hæc cura ſecunda Confeſſarij, de qua agimus, magis exercetur, hic accõmodato ſermone de ea pleniùs agetur.

### *De his, quæ præmittuntur Confeßioni.*

*Ante confeßionem per orationem.*

PRIMVM, Sacerdoti paranti ſe ad audiendas confeſſiones renouan-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

nouandum eſt deſiderium ſalutis animarum, & diuini honoris, per orationem, qua (licèt breuiter) petet à Deo gratiã pœnitentibus; vt ad ipſum verè per confeſſionem redeãt, ac Sacramenti finem conſequantur: & ſibi, vt ſuo munere rectè fungatur, & ne Cõfeſſarij negligentia impediat vim, & efficaciam ſanguinis Chriſti, & diuinæ liberalitatis influxum in pœnitentes; quin potius, vt ſuppleat ſumma bonitas ipſius, & potentia vilis inſtrumenti defectus. In ipſo etiam confeſſionis decurſu exerceri modo eodem charitas poteſt: & pœnitens ſemper vt imago Dei reparata Chriſti ſanguine, & eo perfuſa oculis mentis obiiciatur.

*diſponat ſe Sacerdos.*

*Quid in ipſo confeſſionis decurſu.*

SVSCEPTO pœnitente (quem ſubditum ſibi Confeſſarius cognoſcat oportet) curandum eſt, vt decenter ſe habeat, vtroque genu flexo, & capite nudo, (ſi poteſt) facie verò, nõ ad Sacerdotem, vt dictum eſt; ſed ad latus verſa: & ſi ſua ſponte non faceret, blandè monendus eſſet; ut meminerit, ſe non coram homine peccatore, ſed coram Deo altiſſimo conſtitutum eſſe; ut agnoſcendo offenſas humiliter veniam poſtulet. Proinde iuxta ſanctam confitentium conſuetu-

*Pœnitens decẽter coram Confeſſario ſe habeat.*

dinem,

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

dinē, genua flectat, & caput aperiat. Præterea doceat (ſi tam rudis eſt pœnitens, ut id per ſe facere neſciat) ſigno Crucis ſe munire: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sācti: & cōfeſſionē generalem, vſque ad illa verba, mea maxima culpa, ſimul cū eo dicat.

*Pœnitentis ſtatum & conditionem exploret Confeſſarius.*

Si neſcit ſtatum confitentis, & conditionem, & officium, petat breuiter, ut conuenienter ex proprijs cū eo procedat: refert enim intelligere ſi coniugatus: ſi in ſacris: ſi beneficium eccleſiaſticum habens: ſi litteratu, & huiuſmodi.

*Secundò, tempus, à quo nō eſt confeſſus.*

Petat de tempore, à quo non eſt confeſſus, nec communicauit: Ad quod omnes, qui attingunt diſcretionis ætatem, & eam ſufficienter videntur cōſecuti, tenentur certè ſemel in anno, & quidem circa feſtum reſurrectionis Domini, quod ad communionem attinet.

*Tertiò, an fecerit pœnitentiam iniunctā.*

Interroget, (ſi hominem in hac parte non nouit) an fecerit pœnitentiam iniunctam, & an conſcientiæ ſuæ ſatisfecerit; omnia dicendo, quæ memoriæ occurrerunt, peccata in præteritis confeſſionibus, vt uideatur, an iteranda ſit confeſſio: quod ſi uideretur iteranda, hortetur eum, ut ſe paret, & tempus ſumat ad omnia

confi-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

confitenda: uel ſi de morte timeatur aut non apparet facturus, ſi inde receſſerit; hortetur, ut tunc dicat omnia, etiam quæ in alijs confeſſionibus dixit, (poſtquam omiſit aliquid ſcienter) quantum recordari poterit; quia illæ omnes, quibus ſcienter aliquid omittebat, inutiles fuerunt, & ſuppleat Confeſſarius ſuis interrogationibus, ſi quid omiſſum ei videbitur.

*Quartò, an conſciẽtiam diſcuſſerit.*

PETAT, an diſcuſſerit conſcientiam ſuam ad hanc confeſſionem inſtituendam. ſi dicat, ſe non diſcuſſiſſe, & veriſimile ſit, quòd poſt redibit paratior, dimittendus eſſet, ut ſe diſcutiat, præfixo tempore, quo redeat. Si mors, vel phreneſis immineret, vel nõ ſit veriſimile, quòd redibit ſemel dimiſſus, uel ſi dicat aliquo modo ſe diſcuſſiſſe ſuam conſcientiam, (præſertim ſi ſit ualdè rudis) monendus eſt, ut in poſterum diligentiùs ſe præparet, & ut, quod recordatur, ſyncerè dicat, cum omni ea humilitate & diſplicentia peccatorum, qua poteſt, ut qui ab offenſa Maieſtate Dei, ueniã per confeſſionem ſit impetraturus. & ſupplere nitatur Confeſſarius ſuis interrogationibus defectum plenæ diſcuſſionis.

PETAT

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*Quintò, an excommunicationem incurrerit.*

Petat, an incurrerit excõmunicationem,& ab ea, ſi incurrit, abſoluat,ſi quidem poteſt:uel ſi non poteſt, remittat ad ſuperiorem,uel ipſe obtinere ab eo facultatem abſoluendi curet. Præſtat tamen,ſi remittendus eſt,de alijs,quę reſeruata eſſe poſſunt,prius interrogare; ut ſimul ad omnia facultas obtineatur: ſic etiam (ſi tempus abundè non ſuppetat) interrogari in initio expedit pœnitentem de his, quæ impediunt ne poſſit abſolui: ut an ſit in aliquo peccato, quod non ſit paratus relinquere,qualis eſt uſura,concubinatus,odia, uel alia huiuſmodi.Et de clericis,an habeant incompatibilia, & cum qua cõſcientia,& titulo: & quando non habent tonſuram, & habitum tolerabilem, dimittendi ſunt donec ferant, niſi excuſationem habeant legitimã, quæ rarò admodum haberi ſolet.

*Sextò, an ſit paratus peccata relinquere.*

*Quid, ſi pœnitens non ſit paratus.*

Et hæc commodè præmittuntur, quia hac adhibita perſuaſione, ſi parati non ſunt à peccato recedere, tempus conteritur cum his: quod cũ alijs vtiliùs expenderetur: ſi tamen occupationes non vrgerent,pium eſſet hos audire, ſi fortè miſereretur Deus,eorum cor mutando in confeſſionis decurſũ. Licèt tamen dimittã-

tur,

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

tur, non progrediendo in confeſſione, cõſilio bono iuuandi ſunt, ut per bona opera ſe diſponant ad gratiam accipiendam, & peccata euitent, &c.

His ergo præmiſſis, ut oportere iudicabit, Confeſſarius dicat pœnitenti, ut quæ cogitauit, & in memoria habet, dicat: & quamuis ille malit interrogari, nihilominus exhortandus eſt, ut dicat prius quod meminit: iuuat enim id, licèt inordinatè; & imperfectè faciat.

### *De interrogatione, qua ſuppletur diſcuſſio inſufficiens pœnitentis.*

QVAMDIV dixerit quiſque quod meminit, eum attentè audire oportet, & ſine interruptione, niſi fortè videretur monendus obiter (ſi erraret in eo) ne nominet perſonam aliquam, uel ne dicat ſuperflua, & ad rẽ non pertinentia, uel quid huiuſmodi, quod non impediat curſum confitentis, ſed potius dirigat.

*Pœnitens dum dicit, non interrumpẽdus.*

POSTQVAM uerò dixit, quod per ſe dicere potuit, ſi non uidetur omnia, quæ neceſſariò dicta opor-



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*Pœnitens animandus.*

tuit, dixiſſe, tenetur interrogare Cõfeſſarius. Propoſita ergo benignè ſpe miſericordię, curet ſacerdos pœnitẽtem animare, vt verè, integrè, ac liberè reſpondeat ad interrogata, (quod cum pueris, & mulieribus magis eſt neceſſarium) ne quid propter verecundiam taceãt, ſed nec dicant amplius, quàm ſciunt: immò certa pro certis, dubia pro dubijs, prout ipſi meminerunt, dicant.

*Interrogãdus pœnitens, ſed prudẽter.*

TVNC demum diſcurrat interrogando per præcepta, &c. prout in interrogatorio patebit, & quidem diligenter, & prudenter, vbi opus eſt; vt quæ peccator ignorat, vel præ verecundia, vel negligẽtia taceat, eliciat.

*Ordinatè procedendum, ſi vacat.*

Et ordinatè procedere expedit, cum vacat pœnitenti: alioqui ſi mors, vel phreneſis, vt dictũ eſt, vel linguæ impedimentum timeretur, ſummus ordo eſt, non ſeruare ordinem alium, quàm quem diſcretio dictauerit: ſed ferè de grauioribus, & quibus pœnitens videtur magis indigere, prius interrogari conuenit. Et quamuis de circunſtantijs mutantibus ſpeciem peccati, vel multum aggrauantibus, quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quãdo, interrogare oporteat: duo tamẽ in omnibus peccatis,

*Duo in interrogã-*

præ-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

præcipuè in venereis, ſunt cauenda. Alterum, ne ita explicitè interroget, quæ communiter non ſunt nota, vt doceat pœnitentem, quæ neſcit: ideo à longè procedere oportet, & gradatim à communioribus deſcendere: quæ ſi non agnoſcit pœnitens, non eſt, quòd de ſpeciebus interroget: vt qui de contactu aliquo inhoneſto interrogatus, negat, nõ de hoc, & illo modo, vel ſpecie cõtactus, debet interrogari. Alterum eſt, ne Confeſſor parum ſobriè inueſtigans circunſtãtias nõ neceſſarias (tales ſunt, quæ nõ mutant ſpeciem peccati, vel in infinitum aggrauant) ſibi, & pœnitenti tentationem excitet. Habita ergo ſpecie peccati, in talibus progredi non expedit ad alias circunſtantias: dicant ipſi ſi volunt.

*do cauenda. Primum.*

*Secundũ.*

De numero peccatorum oportet quidem interrogare, ſed uidendum, ne ſubtiliter computando, faſtidium generetur pœnitenti: ſatis enim eſt, ut plus minus, ſecundum exiſtimationem ſuam dicat quiſque quoties peccauit.

*Peccatorum numerus exigendus & quomodo.*

Plvs, & minus, & alio atque alio modo interrogare oportet pro qualitate perſonæ, & quenque de his, quæ magis propria ſunt ei, ani-

*Interrogatione perſonarum ratio habenda.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

maduerſo ſtatu, & officio, & ijs, quæ ex dictis ab ipſo elici poſſunt. Et quã uis non debet eſſe moleſtus, cum aliqua dicta ſunt, in eiſdem interrogandis; ſi tamen quid non benè expreſſum magis declarari oporteret, interroget; ſed ita ut intelligat pœnitens, non idipſum, quod dixit; ſed aliquid aliud peti, quod non dixit.

*Pænitens quomodo iuuandus*

VT magis innoteſcat, & melius iuuari poſsit pœnitentis conſcientia, interrogare etiam oportet, num præueniat tentationes, aditum eis præbẽdo; an reſiſtat. tum de bonis inſpirationibus, num excludat, an eis obediat; & etiam bona (ſicuti, & mala) expedit intelligi à Confeſſario, ut ad ea conſeruanda, & augenda iuuet.

DEMVM interrogentur, an aliquid aliud habeant, quod grauet conſcientiam, &c. Et ut addant in fine clauſulam generalem, ideſt, de cunctis alijs, uitijs, & peccatis, &c. dico meam culpam, & precor, &c. uſque ad finem confeſſionis generalis.

✠



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*De pœnitente iuuando ad contritionem habendam.*

DVM aliquis per ſe dicit peccaca, uel interrogatus (præſertim ſi huiuſmodi eſt, ut propter uerecundiam uel timorem aliquid poſſit reticere) nõ debent aghrauari peccata, nec reprehenſionibus deterrendus eſt pœnitens; ſed potius compaſſione, & benignitate oſtenſa, animandus, ut cum fiducia omnia, & ſyncerè dicat.

*Peccata, dum confitetur pœnitens non exageranda.*

AT, dictis iam omnibus peccatis, ſi parũ de eis dolere uidetur, det operam ſacerdos, ut peccator eorũ grauitatem ſentiat, in genere oſtendẽdo quàm graue ſit peccatum mortale, ex Dei iudicijs in Luciferum, & primos parentes ob unum peccatũ: & ex punitione debita cuilibet peccato mortali, quo perditur gratia Dei & regnum æternę beatitudinis, quo filij Dei efficiuntur ſerui Dęmonis, & ad nũquam finiendos inferni cruciatus damnantur, ſi in eo ſine pœnitentia decedãt. Oſtendetur etiã uulneris grauitas, ex remedij difficultate: quia ex ſanguine Chriſti filij Dei, & tormentis, & demum ex morte

*Peccatorum grauitas confitẽti quã do & quomodo oſtẽdenda.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

acerbiſſima, medicina ad id ſanandum confici debuit.

Si qui ad amorem ſunt faciliores, ex hoc vltimo ex beneficijs, & bonitate Dei, & ſua ingratitudine, magis compungi poterunt. Deinde deſcendẽdo ad aliqua grauiora, ex his, quæ dicta ſunt, & ad ea, ad quæ magis uidentur pœnitẽtes propenſi, exaggeranda, & aggrauanda ſunt, ut magis ea deteſtẽtur: terrorem etiam uindictæ Dei, niſi abſtineant, incutere aliquando conuenit. Moneantur certè, quòd dolor de peccatis mortalibus ſuper omnes dolores internos eſſe debet: & ut doleant, quòd nõ habent ueram illam contritionem, quam deberent.

*Quinam dure, vel leuiter tractãdi.* Reprehensio etiam cum ingeniis agreſtioribus durior, ne contemnant, eſt adhibenda. Sapientiores, & in dignitate eminentiores, blãdè, & cum dexteritate ſunt reprehendendi.

Qvantvm autem ſit opus his uti, diſcretio, & præcipuè unctio ſuperna docebit. Sed ut cunque, curet Confeſſarius ex zelo gloriæ Dei, & ſalutis animarum, partem bonam pœnitentiæ ferre, ut ſentiens, qui confitetur, quàm ei aliena peccata ex cha

ritatis

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

ritatis affectu doleant, etiam ipſe de propriis doleat.

Demum petat, niſi ſatis appareret, an doleat de omnibus, & propoſitum habeat uitam omnem emẽdandi, & abſtinendi ab omnibus peccatis pro uirili, & ſatisfaciendi pro commiſſis, ut oportet. Si oſtendit, ſe non paratum ad relinquendũ ſtatum peccati, ut concubinam, ſeu artem illicitam, uel ad ſatisfaciẽdum ut in uſuris, & aliis, quæ reſtitutionẽ exigunt, diligenter quidem conetur animam proximi ſui lucrifacere, perſuadendo: ſed ſi omnino non poſſit; ne abſoluat: ſed hortetur (ut dictum eſt ſuperius) ad bona agenda, & mala uitanda: quidquid poteſt ei prodeſſe, ut diſponat ſe ad gratiam Dei, & declaret quanto in periculo ſit, & quòd non eſt abſolutus.

*Pœnitens quando non abſoluendus.*

Eos, qui propoſitum habent relinquendi peccata, conſolari oportet, propoſitâ ſpe ueniæ, & quòd Dei miſericordia, & Chriſti ſanguis effuſus ſupplebunt defectum diſcuſſionis, & contritionis, & ſi qui alij acciderunt in cõfeſſione: dummodo ſyncerè, & integrè dixerit quidquid in memoria habuit: qui autem eſſent deiecti nimis ſenſu peccatorum, uel

*Vere pœnitentes cõſolandi.*

*Qui ſcrupulis ve-*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*xantur, erigendi.* ſcrupulis obnoxij, diligentiùs erigendi exemplis diuinæ pietatis, & animãdi, & pacificandi ſunt: & ſi opus eſt, recipiat ad ſe Cõfeſſarius; quòd Deo reſpondebit pro ipſis: & peccata interdum extenuare (quantum licet) cum huiuſmodi neceſſe eſt.

### *Quomodo in ſatisfactione pœnitens iuuetur.*

*Quid, cũ reſtitutio facienda.*

HIs trãſactis, ſi qua reſtitutione damni, rei, vel famæ, vel bonorum animæ opus eſt, ſignificetur pœnitenti: licèt tamen dicat ſe velle reſtituere, vel facere quod debet, ſi probabiliter timet Confeſſarius non expleturum, inſinuare poteſt, quòd commutationes, vel compoſitiones prodeſſe poſſunt: & quamuis ſimpliciter abſoluat, proteſtetur tamen, quòd ſi non reſtituat, vel faciat, quod debet, peribit ei fructus confeſſionis. Promiſſio verò ſpecialis, uel iuramentum ab huiuſmodi, qui parum diſpoſiti videntur, exigi non debet; niſi in caſibus à iure ordinatis, de quibus infra.

*Iuramentum non exigendũ, niſi &c.*

*Pœnitentia ante*

POSTEA iniungatur ante abſolutionem ſacramentalis ſatisfa-

ctio,

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

ctio, vel pœnitentia: & eſt videndũ, ne in præiudicium tertij ſit: vt ſi ſeruo peregrinatio, uel ieiunium magnum iniungeretur: nec etiam pro occulto peccato manifeſta pœnitentia dari debet, ex qua in ſuſpitionem illius veniri poſſit.

*abſolutionem iniũgenda.*

QVOD attinet ad magnitudinẽ ſatisfactionis, pręſtat errare, minorẽ æquo, quàm maiorem imponendo; licèt re vera idem opus in ſacramentali pœnitentia iniunctum efficacius ſit ad meritum, ob clauium virtutẽ, quàm ſi voluntariè fieret: immò ea non tam quantitati, aut qualitati criminis, (cuius tamen eſt habenda ratio) quàm perſonę, debet cõgruere. Nam diſpoſitis ad maiorem pœnitentiam admittendam, maior poteſt iniungi. Infirmis, qui uel non admittunt, vel certè videntur non expleturi grauiorem pœnitentiam, eam imponat, quam executuri videbuntur. Concedat etiam poſſe redimere, ut ieiunia eleemoſynis: quædam etiam pęnitentis relinquat arbitrio; vt ſi dicat, hoc facies, uel ſi malueris, illud. Demum potius leuem ſatisfactionẽ imponat, quàm recedere ſinat afflictum, uel deſperatum pœnitentem, ob pęnitentiæ grauitatem. Quando

*Pœnitentia quanta iniungenda.*

*Pœnitentia leuior potius imponenda.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

tamen exigua iniungetur pœnitentia, iudicari poſſet quantò maiorem mererentur: ſi quidem ſeptennis pro quouis mortali in uſu erat 22.q. 1. Si tamẽ timeretur nimia deiectio, uel diffidentia, non expedit hoc dicere: & charitatis erit humaniori adhortatione ſuadere uolũtariam ſatisfactionem; ſignificando, quòd in purgatorio, aut in hoc mundo, quod reliquũ eſt pęnæ, luere oportebit. Vt cunque hoc ſit, hortetur, ut in gratia Dei pœnitentiam abſoluere curet.

*Nota.*

FERATVR autem intentio iniungentis pœnitentiam, uel ſatisfactionem ad extirpationem uitiorũ: unde contraria ſi admittantur, maximè conueniunt: ut eleemoſyna contra auaritiam: ieiunium contra luxuria: maudire uerbum Dei, contra negligentiam in eo audiendo: oratio ad gratias impetrandas; ut ſeptẽ Pater, & Aue, ad ſeptem dona, & uirtutes, contra ſeptem peccata: quinque ad reformationem quinque ſenſuũ: tres ad reformationem trium potentiarum: vel ut benè ſe habeat ad Deũ proximum, & ſeipſum. Confert etiã pro pœnitentia aliquando imponere euitationem aliquarum occaſionum peccati, & præciſionem cauſarũ

*Intentio Confeſſarÿ in pœnitentÿs iniungendis*

*Contraria contrarÿs curentur.*

*Occaſionũ euitatio in pœniten–*

eius:

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

eius: ut allocutionem huius: ingreſſum in domum illius, &c. quædam etiam fortiſsima, & latiſſimè patentia ex remediis, quale eſt octauo, uel quinto decimo quoque die confiteri (ſi quis admitteret libenter) loco ſatisfactionis, utiliter iniungeretur.

*tia imponenda. Item confeſſio frequens.*

ADVERTENDVM eſt etiam, quòd ijs maximè, qui recidere ſolēt, iniungere pœnitentias expedit operum, quæ manent: ut eleemoſynæ. Sunt enim qui dubitant de non manentibus (qualis eſt oratio) an etiam poſt reſipiſcentiam ualeant iis, qui in mortali exſoluerunt. Hactenus de ſecunda Cōfeſſoris cura, quæ verſatur circa materiam huius Sacramenti, ideſt, actus penitentis, & maximè accommodato ſermone illis, qui auxilio indigent maiori, ut qui rarò, & non benè confitentur.

*Recidiuãtib. quæ pœnitētiæ iniungendæ.*

✠



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

### *Quomodo cum alijs, qui minori egent auxilio, ſe habeat Confeſſarius.*

*Sępius & rectè confitentes quomodo iuuandi.*

AT ſunt aliqui, qui ſæpius, & rectè confitentur, ac noti ſunt. His ſatis eſt, audita eorum confeſſione, pœnitentiam iniungere: niſi remedium aliquod, ad aliquos defectus, aut conſolatio, aut exhortatio aliqua, uel inſtructio adhibenda videatur.

*Sæpius, ſed non rectè confitētes quomodo iuuandi.*

ALII ſunt, qui ſæpius quidem confitentur, ſed minus rectè, & hi ea in parte iuuandi ſunt, in qua non benè procedunt. Si enim conſcientiam ſuam non uidentur benè diſcuſſiſſe, uel certè peccata non exprimunt, interrogatione iuuandi ſunt, iuxta breue interrogatorium, quod ſubdetur. Si dolor deeſſe, uel propoſitum firmum abſtinendi, uel ſatisfaciendi, uel alia ad confeſſionem neceſſaria uidabuntur, ex ſuperius dictis, quæ ad hęc inducunt, adhiberi poterunt, quæ diſcretio Confeſſarij, iuxta perſonę, & temporis circunſtantias, adhibenda cenſuerit.

*Quomodo*

QVI rarius confitentur, ſed rectè, ac diligenter ſe diſcuſsiſſe uiden

tur;

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

tur; non eſt, quòd interrogationibus moleſtentur; niſi aliquid omiſiſſe, aut obſcurius dixiſſe, aut ad emédationem uitæ, uel profectum ſpiritualem quid intelligi oportere uideatur: tunc enim quod ſatis ad hoc fuerit, non amplius interrogare oportet. *qui rarò, ſed rectè confitētur*

Sic etiam qui dolorem ſufficiẽtem, & propoſitum abſtinendi à peccatis ſuis præſetulerint, eaque confitendo ſatis aggrauauerint, non eſt, quod multis Confeſſarius ad doloré excitet, & ad deteſtationem & euitationem eorum exhortetur. Sed potius his breuiter tactis, quaſi approbãdo quod meritò ipſe sẽtit de ſuis peccatis (quibuſdam præcipuè grauioribus) ueniæ ſpe confirmata, & ſi opus fuerit, conſolatione adhibita, ad conſilia in futurum, & remedia ſe conferat.

Qvod ſi aliquo modo, ſed non ſufficienter deteſtari uiderentur ſua peccata, nec tam firmum propoſitũ abſtinendi, quàm par eſſet, oſtenderent: ex his, quę inferius ſequentur, habita ratione perſonarum, iuuandi erunt. Iam ſequitur de abſolutione, quæ huius Sacramenti forma eſt. Quia tamen in ordine executionis *Quid cũ non ſufficienter cõtritis.*

Præ-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*Tria pœnitenti proponenda.*

do ſibi pœnã propter id infligere, & ſuo tempore confiteri proponere: alioqui unum peccatum ſuo pondere in aliud peſsũdaret. Iuuat eleemoſyna: bona ſocietas: & euitatio prauæ. Tria præcipuè ferè omnibus poſſent ſalubriter proponi.

PRIMVM eſt, mane ſe totos offerre Deo cum memoria IESV CHRISTI oblati pro nobis in Cruce, petẽdo gratiã, ne eo die nos labi ſinat, præcipuè in ea peccata, ad quæ ſumus procliuiores, dicendo, Pater, & Aue, Credo, &c.

SECVNDVM eſt, aliquantum temporis quietè ſe colligendo, quod noctu ante ſomnum opportunè fieri ſolet, examinare ſeipſum quotidie, conſiderãdo beneficia accepta à Deo, & mala reddita; petendo ueniam, & proponendo emendationem, dicendo etiã Pater, & Aue, Credo, Salue, & ſi placet, Pſalmum Qui habitat.

TERTIVM, crebrò confiteri ſacramentaliter, quod multorum remediorum inſtar eſt, & alia pleraque complectitur. Ex his, quæ proponi debeant pœnitenti, diſcretio Confeſſarij dictabit. Quædam autem, quæ uidentur magis opportuna, magis inculcãda ſunt, ut in memoria retineãtur.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

tur. Et ſi promptitudo uoluntatis ad conſilium capiendum, in aliquo cerneretur, ſed obliuio timeretur, dici poſſet, ut ſcriberet, uel rediret tēpore magis uacuo, ut id dictatum acciperet.

*Quæ ꝓponenda ſimplicioribus.*

SIMPLICIORIBVS pauca, & faciliora ad intelligendum, retinendum, & exercendum proponantur. Vt mane, ter dicere, Pater, & Aue, cōtra malas cogitationes, verba & opera, & ſemel Symbolū Apoſtolorum: quod ſi neſciunt, repræhendendi ſunt, & exhortandi, ut diſcant. Nocțu totidem, aut plura, gratias agendo de beneficijs, & petendo ueniam, & cuſtodiam, propoſita emendatione. Et monendi ſunt, ne in corde cōſentiant malis cogitationibus, & etiā ut crebrò confiteantur.

*Peccatorum radices reſcindendæ.*

QVIA tamen ferè accidit, ut peccata multa unā, uel certè paucas habeant radices: diligēter ex effectibus obſeruet eas Cōfeſſarius, & ſecurim admoueat propriorum remediorū, de quibus infra: & excitet maximè pœnitentem ad cōflictum cum uno, uel duobus defectibus; ex quibus ferè alij ducunt originem, per renouationem propoſiti, & examen particulare quotidianum ad eum applica-

tum,

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

tum, & alia remedia quæ magno, & perſeueranti animo ſunt exercenda.

*Remedia contra recidiuum.* CONTRA recidiuum narrat Gerſon Cancellarius hoc remedio vſum fuiſſe doctorem quendam; vt ſcilicet, quinque ad tempus iniungeret, habito conſenſu. *Primum.* Primum, vt quãdocunque acciderett tale peccatum; ille, cui accidit, teneretur ieiunare die ſequenti in pane, & aqua. *Secũdum* Secundum, vt certum numerum Pſalmorũ diceret. *Tertium.* Tertium, vt aliquid ſibi carũ; vel certè pecuniam daret, iuxta facultatem. *Quartũ.* Quartum, vte tneretur intra triduum poſt peccatum confiteri. Imminentis enim huius pœnitentiæ timor fragilem volũtatem iuuare poſſet, & à peccato retardare.

*Quintũ.* QVINTVM erat, vt licèt ſuccumbens tentationi, conſentiret peccato, aliquas orationes tamen prius diceret genibus flexis, ſi forte miſereretur Deus. Hæc autem remedia, non tantũ vt vtilia proponat Cõfeſſarius, ſed nitatur pœnitentibus perſuadere (cogere enim nec poteſt, nec expedit) Ille idem doctor in grauibus, *Contra recidiuum peccati grauioris.* primo in lapſu, tolerabilem iniungebat pœnitentiam: ſed in memoriam habitæ gratiæ, aliquid leue, vt Pater & Aue, vel aliquid ſimile, quod quo-



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

tidie ſemper diceret, iniungebat; ita vt poſſet reficere quouis die, quę alio omiſiſſet.

*A pueris quæ exigẽda.*

A PVERIS etiam exigebat promiſſionem: non tamen iuramentũ, nec votum, vt cauerent à quibuſdã, prohibens ſeriò, ne alijs fierent prima occaſio peccati, & ne tranſirent in ſpeciem grauiorem: & ſuadens, ne fugerent bonos Confeſſarios, piam conuerſationem, & lectionem, &c.

### *Quomodo iuuetur pœnitens à Confeſſario ad gratiæ augmentum.*

*Quomodo diſponendus pœnitens ad gratiæ augmentum.*

*Primò.*

TERTIVS Sacramenti huius fructus, ac finis eſt augmentũ gratiæ, & virtutum: ad quod diſponit Cõfeſſarius, inſtruendo, & exhortando. Primò, Ad bonum vſum gratiæ acceptæ; tuendo ſolicitè omnimodã puritatem, inſiſtendo bonis operibus pro talenti accepti ratione, & ijs præcipuè, quæ charitate in Deum, & proximum commendantur; gratum etiã ſe exhibendo bonorum omnium auctori, per memoriam beneficiorum, & gratiarum actionem, & laudem.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*Secundò.* SECVNDO, vt ſe idoneos; & quaſi vaſa capacia ad nouam gratiam percipiendam conſtituant; Rectitudine intentionis, qua omnia bona, & perfectionem ipſam ſuam, non propter ſe tantùm optent; ſed ad proximorum auxilium, & Dei honorem referant: Latitudine deſiderij vehementis, continui, vnici, inſatiabilis, efficacis ad vtendum medijs omnibus quæ ad gratiæ incrementum diſponunt: Profunditate humilitatis, ſemper quod ſibi deeſt, intuendo; ſibi omninò diffidendo, & omnem amorem proprium abnegando.

*Tertiò. Quę ad gratiam aſſequendam conferant.* TERTIO, vt ea inſtrumenta benè exerceant, quibus aquam gratiæ intellectus, & affectus noſter haurire ſolet: talia ſunt lectio, auditio verbi Dei, meditatio, oratio maximè mentalis, & vſus Sacramentorum cõfeſſionis, & communionis.

*Quartò.* QVARTO, Fontes ipſi, vnde haurire gratiam oportet, oſtendendi ſunt pœnitentibus, ac primò quidẽ, excitanda eſt eorum deuotio ad Angelos, & Sanctos, præcipuè ad matrẽ gratiæ Mariam. Deinde exhortandi omnes ſunt, ad quærendas, & implorandas orationes ſeruorum Dei, qui adhuc viuunt, & vt bonorum ope-

rum

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

rum ipſorum participes fieri ſtudeant.

SED quia vberior eſt ſecundus fons Chriſti meditatoris, admonēdi ſunt, vt ab eo frequentiſſimè hauriant, ipſum intuendo, vt virtutum exēplar: vt qui nobis promeruit: vt qui vult, & poteſt augere gratiam omnē: immò ad id inuitat, dicendo, Perfecti eſtote, &c. *Math. 5.*

VBERRIMVS verò omnium eſt tertius fons, vnde ad alios aqua gratiæ deriuatur, ſcilicet diuina opulentia, bonitas, amor, & cætera, quæ ſpem excitant in Deum.

*Non omnibus omnia, ſed captus pœnitentium ratio habenda.*

QVIA tamen (ut ſæpe monere oportet) non omnes omnium capaces ſunt, prudens Cōfeſſarius videat ut proportionata cuiuſque diſpoſitioni, uel captui proponat, ad gratiæ augmentum.

ET quidem modo prædicto in quouis ſtatu fideles iuuari poſſunt. Iam licèt dubium non ſit, quin ſtatus conſiliorum ſit aptior ad gratiæ augmentum, quàm preceptorum, (unde dicitur ſtatus perfectionis) in ijs, qui ad eum vocantur; non tamen expedit, pœnitentes ſtatim ad id ſtimulare; ne idoneos quidem, quia multi eò magis refugiunt, quò magis

*Satus conſiliorum aptiſſim⁹ ad gratiæ impetrandam. Nota.*

ſibi

ſibi perſuaderi id ſentiunt.

*Dexteritas in conſiliorum ſtatu pœnitenti proponendo.*

SECVNDVM eſt tamen huiuſmodi homines ad perfectiora, & ſaluti viciniora (vt paulò ante dictum eſt) trahere, & cũ dexteritate de inſpirationibus Dei interrogare, circa perfectiorem ſtatum vitæ aſſumendum: & ſi ſentiunt in ſe aliquas, ne ſurdi ſint ad vocationem Domini: ſi verò non, vt ſe paratos offerant Deo ad omnia, quæ ipſi gratiſſima futura ſint: & ſi commodè fieri poſſet, ad exercitia ſpiritualia eſſent inducendi: vel prout eſſent diſpoſiti, ad optima quæque impellendi. Si tamen animaduertat Sacerdos, cõfitentẽ ſic diſpoſitum, vt expedire iudicet, ad cõſiliorum viam eum inducere, occaſionem elabi de manibus non ſinat; vel ad colloquium extra confeſsionem inuitet. Et hæc de fine Sacramenti confeſsionis dicta ſint. Iam de abſolutione pauca, & extremo tandem loco dicere oportebit.

✠



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

## De Confeſſarij cura circa abſolutionem. Cap. IIII.

IVXTA Concilium Florentinum; forma abſolutionis, ut dictum eſt, conſiſtit in his verbis; Ego te abſoluo; uel (quod idem eſt) te abſoluo, &c. Reliqua ſunt de decentia, tam impoſitio manus ſuper caput, quám verba ante, & poſt abſolutionem vſitata; ſed omitti non debent. *Abſolutionis forma.*

In reconciliationibus breuibus; ſatis eſt dicere: Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat: & ego auctoritate ipſius mihi, licèt indigno, cõceſſa, abſoluo te, in primis ob omni uinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, in quantum poſſum, & indiges. Deinde ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. De ſuſpenſione non eſt facienda mentio, cum pœnitens nullũ ordinem habet.

In confeſſionibus plenioribus, poſt quàm dixerit pœnitẽs: Ideo precor beatiſsimam Virginẽ Mariã, &c. & te patrem orare pro me: & peto



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

abſolutionem, & pœnitẽtiam; dictis quæ dicenda iudicauerit, & iniuncta pœnitentia, Sacerdos dicet: Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis tuis, perducat te ad uitam æternam. Deinde manum ſuper caput pœnitentis eleuans, dicit; Dominus noſter, &c. uſque eò, Te abſoluo &c in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. Deinde manum remouens ſubdit: Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, & merita beatæ Mariæ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum, quidquid boni feceris, & mali ſuſtinueris, ſit tibi in remiſſionem peccatorum, in augmentum gratiæ, & præmium uitæ ęternę. Amen.

*Conditio de futuro in abſolutione uitanda.*

Non eſt addenda ulla conditio de futuro in abſolutione, qualis eſſet ſi reſtitueris, uel ſi pęnitentiam egeris, ego te abſoluo. Credere enim oportet pęnitenti, qui dicit ſe id uelle; ſed poſſet dicere qui dubitat, an dederit abſolutionem: ſi nõ es abſolutus, ego te abſoluo. Non enim bis eadem in confeſſione debet de eiſdem dari abſolutio, licèt poſſit reiterari, quoties quis confitetur.

*Nota.*

*De iiſdem non põt bis eadem dari abſolutio.*

Praeterea quamuis non cõſtet, quòd incurrerit, debet ad cautelam præmitti abſolutio excommu-

nica-

nicationis, &c. abſolutioni peccatorum. Quòd ſi etiã in irregularitatẽ quis incidit, aut incidiſſe dubitatur, ſuper qua confeſſarius habet auctoritatem diſpenſandi, ſic dicere poteſt. Abſoluo te in primis ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpẽſionis, & interdicti, in quantum poſſum, & indiges, & diſpenſo tecum ſuper irregularitate, ſi quam incurriſti, uel quam incurriſti propter hoc, & illud, & habilito te ad actus legitimos: deinde te abſoluo ab omnibus peccatis tuis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

*Abſolutio ab excommunicatione, abſolutioni peccatorũ præmittẽda. Quid cum irregular.*

Illis, qui ob ius tertij uiolatum, uel propter notoriam offenſam excommunicati ſunt: criminoſis etiã hominibus, ut incendiarijs, mutilantibus, manifeſtis raptoribus, uel uiolatoribus Eccleſiarũ, manifeſtis uſurarijs, & ſacrilegis non debet abſolutio dari, niſi ſatisfaciant parti, uel dẽt cautionẽ pignoratitiam, uel fideiuſſoriam. Hoc ſi præſtare nequeant, iurent ſaltem ſe, cumprimum poſſint, ſatisfacturos. In magnis autem criminibus, qualia ſunt eorum, qui excommunicantur ob offenſam notoriam, & incendiariorum, etiam peti debet iuramentum de non com-

*Quibus in caſibus non ſit abſoluendus pœnitens ab excommunicatione, niſi ſatisfaciat, aut cautionem præſtet, aut iuramento ſe obſtringat.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

quædam etiam de illa vt memoriæ minus exercitatorum conſulatur, adiiciemus. Poſtremò de vinculis, vel cēſuris eccleſiaſticis, excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ceſſationis à diuinis, ac nota irregularitatis, quod Confeſſario ſatis eſſe videbitur, breuiter perſtringemus.

*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

### *Interrogatorium.*

DVPLEX ſubditur interrogatorium: alterum eſt pauló fuſiùs, ad eorum præcipuè confeſſiones accommodatum, qui opera confeſſarij magis; vt cognoſcant, vel redigant in memoriam ſua peccata, & quia cõnexa ſunt valde, quæ in octauo, nono, & decimo præcepto præcipiuntur, cum ijs, quæ in quinto, ſexto, & ſeptimo ad ſeptem prima præcepta interrogatorium reſtringitur (ad quæ bona ex parte etiam reliqua peccata reducuntur) cauſa breuitatis, & ordinis. Vt primò de cogitationibus, Secundò de verbis. Tertiò de operibus. Quartò de omſſionibus interrogatio fiat circa præcepta. Quia tamen aliqua ex ſeptem peccatis capitalibus non videbantur tam facilè ad ſeptem præcepta reduci, eorum tria ſeorſum tractantur: quædam deinde ad certos ſtatus hominum accommodata ſubduntur; non tamen omnia peccata, ſed quæ in confeſſionibus ferè locum habẽt, perſequimur.

*Ordo in interrogã do ſeruandus.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

## Circa primum præceptum: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.

### *Circa cogitationes.*

*Circa fidem.* PRIMO interroget de ijs, quę circa fidem accidũt; ubi peccat, qui non credit, ut infidelis, hæreticus, dubius in fide: qui curioſè ſcrutatur, & diſputat de articulis fidei, tanquàm qui uelit ſolùm credere, quod ratione probatur: qui non ſentit de Deo, & de diuinis piè, ut debet. *Circa ſpẽ.* Deinde de ijs, quæ contra ſpẽ: hic peccat, qui deſperat de conſequẽda beatitudine, uel medijs ad eam; ſcilicet de uenia peccatorum, de emẽdatione uitæ, & uirtute conſequẽda, & exercenda in bonis operibus: & uice uerſa, qui ſine pœnitentia uenia conſequi præſumit, uel differt in ſenectutem, aut mortem, emendationem. *Circa charitatem.* Demum de ijs, quæ contra charitatem: ubi peccat qui nimium afficitur ad temporalia: qui timore mũ-



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

dano Deũ offendere, uel non ei ſeruire ſtatuit: qui non recta intentione ſeruit Deo; ſed propter præmium, aut timorem, aut laudem humanã; ut ultimum finem, ſine quo non ei ſeruiret. Qui horrorem quendam habet, aut odium ad diuina.

### *Circa verba.*

PROGREDIENDO ad uerba: peccat qui negauit fidem uerbo aut ſigno, quamuis non mente: qui blaſphemauit Deum, uel Sanctos: aut cum iniuria membra eorũ indecenter nominauit: qui falſum aliquid inſeruit in cultu eccleſiaſtico, uel ei adiunxit turpes cantilenas uerbo, uel organo: qui inuocauit dæmones explicitè, uel implicitè, uel habuit pactu m, aut familiaritatem cum eis. Qui murmurat contra Deum, qui non concedit, quæ uellet, ut ſanitaté, &c. quaſi non iuſtè, uel crudeliter cum ipſo agat.

✠

*Verbis peccatur primò, Apoſtaſia, Secundò, Blaſphemia. Tertiò, Falſa, vel prophana ſacris immiſcendo. Quartò, Dæmones inuocãdo. Quintò, Murmuratione cõtra Deũ.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

## *Circa opera.*

*Idololatria.*

QVI adorauit aliud, quàm Deum, latria. Huc pertinet, ſi ad Iudęorum, vel infidelium cæremonias reddit: Si fecit incantationes, aut diuinationes ſuperſtitioſe, per aſtra, ſomnia, auguria, vel ſortes: ſi habet ſecũ ſcriptas orationes ſuperſtitioſas, quod aduertitur ex characteribus, & obſeruatione varia numerorum, & temporum, & huiuſmodi: qui Deum tentauit, miracula expetendo, cum non ſunt neceſſaria, neglecto præſidio ſecundarum cauſarum, quibus iuuari poſſit; qui male, & ingrate vtitur donis Dei, Deum offendendo.

*Incantationes, & ſortilegia. Orationes ſuperſtitioſæ Tentare Deum. Ingratũ ſe Deo præbere. Diuini cultus, vel orationis omiſſio. Ad ſalutem ſpectantium ignoratio.*

## *Circa omiſſiones.*

QVI timore oblocutorum, &c. omittit debitum Dei cultum: qui non orat, nec alia facit ad honorem Dei neceſſaria: qui neſcit neceſſaria ad ſalutem, & profectum; vt decem præcepta legis, quinq; Eccleſiæ, Credo, & Pater, &c.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

## Circa ſecundum: Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.

### *Circa Verba.*

PECCAT qui in iuramento aſſertorio, per Deum, ſanctos, fidem Dei: &c. ſcienter affirmat falſum vel dubitans an ſit falſum, certè neſciens eſſe verum, quod iurat: Qui in promiſſorio iurat, non intendens ſeruare, qui iurauit facere: quod peccatum eſt: vel non facere, quod bonum: qui iurauit temerè, irreuerenter, per locum, & demum ſine cauſa, qui vouit rem illicitam, vel licitam, ſed propter malum finem.

*Iuramentum aſſertorium. Iuramentum promiſſorium Iuramentum temerarium, & ſine cauſa.*

*Votum.*

### *Circa omiſſiones.*

QVI quod iuramento promiſit, ſua culpa non adimpleuit: qui non ſatisfecit voto, cui tenetur.

*Promiſſorum, vel votorum tranſgreſſio.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

# Circa tertium: Memento vt diem Sabbathi ſanctifices: ſub quo ferè præcepta Eccleſiæ.

## Circa opera.

*Feſtorum violatio. Sacramẽtorum mala perceptio, vel adminiſtratio. Sacramẽtorũ abuſus. Excõmunicatio Suſpenſio, &c. Eccleſiarum, et ipſarum immunitatis violatio.*

PRAETERQVAM quod omne peccatum in feſtis commiſſum grauius efficitur: cõtra hoc præceptũ propriè peccat, ſi violauit feſta per opera ſeruilia, vel prohibita ab Eccleſia, vel id fieri mãdauit: ſi ſacramenta malè percepit, vel adminiſtrauit, ſcilicet, in peccato mortali, vel in excõmunicatione: ſi abuſus eſt ſacramentis, vel rebus ſacramentalibus: ſi excõmunicatus ingeſſit ſe diuinis: ſi cũ excõmunicatis participauit, extra caſus cõceſſos: ſi ſuſpenſus, aut irregularis, aut interdictus ingeſſit ſe prohibitis: ſi violauit Eccleſiã, vel Cemeterium ſemine, vel ſanguine: ſi immunitatem loci eccleſiaſtici, per ſacrilegium, vel violentiam, aliquem inde extrahendo, vel pro-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

prohibita ibi exercendo, & demum irreuerenter ſe habendo: ſi fecit iniuriam reliquijs, vel imaginibus Sanctorum, vel irreuerẽter ſe habuit ad res ſacras: ſi percuſſit, aut vim intulit, vel vectigalia, & prohibita exegit à perſonis Eccleſiaſticis.

*Rerum ſacrarum irreuerẽtia.* *Perſonarũ Eccleſiaſticarũ percuſſio, & vectigalium exactio.*

*Circa omiſſiones.*

SI Sacrificium Miſſæ, ſine rationabili cauſa, omiſit, vel irreuerenter audiuit; confabulando, aut aliquid non honeſtè agendo: Si non ieiunauit, cum teneretur, aut cibis vetitis vſus eſt: ſi decimas debitas nõ ſoluit: ſi ſacramentum Confirmationis neglexit pro ſe, aut pro ſuis: ſi non eſt confeſſus debito tempore, & modo, præcipuè, ſi in ijs deficiat, propter quæ eſt iteranda confeſsio: ſi non communicauit, aut non benè, ideſt in peccato mortali, vel non ieiunus: ſi neglexit ire ad prædicationes: ſi non dixit officium, ad quod tenebatur, & quando tenebatur, uel uagabatur mente ex propoſito, illud dicens, uel ſi occupabat ſe, ut non poſſet attendere, uel non expreſſit integrè dictiones.

*Miſſa.* *Ieiuniũ.* *Decimæ* *Confirmatio. Confeſſio. Cõmunio. Prædicatio. Officium.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

# CIRCA QVARTVM: Honora Patrem, tuum, &c.

*Circa cogitationes.*

*Peruerſa deſideria*
*Amor in ordinatus*

PRIMO, qui parentum mortem, aut Superiorum optat ob hæreditatem, vel quamuis aliam cauſam: qui nimio amore ad parentes afficitur: qui impatiens eſt, & indignabundus, vel irreuerens cum eis.

*Parētum irreuerentia.*

*Circa Verba.*

QVI duris verbis eos offendunt præſentes, vel eis detrahunt abſentibus.

*Circa Opera.*

QVI eoſdem parentes, & Superiores, aut coniugem, aut liberos, aut familiam malè tractauit: qui malè ſubditis imperat, & eos malè gubernat.

Circa

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*Circa omiſſiones.*

QVI parentes non honorauit, vel eis non ſubuenit in neceſſitatibus: qui eorum conſolationem negligunt viuentium, & mortuorum ſuffragia: vel non explent vltimam eorum, à quibus hæredes relinquuntur, voluntatem, in teſtamentis expreſſam. Similiter de iunctis ſanguine, patria, ac beneuolis: qui prælatis, principibus, dominis temporalibus, & in dignitate conſtitutis non præſtant obſeruantiã, & ſubiectionem, quam debent: qui ex contemptu, vel in rebus maioris momenti non obediunt, quibus debent: ſi ſtatutis, & legibus, quibus ſubiacebat, non obtemperauit immò rebellis fuit. Hic de ingratitudine, contemnendo, vel non cognoſcendo, vel obliuiſcẽdo beneficium, vel benefactorem; non habendo animum retribuendi, uel reddendo malum pro bono: qui non tolerauit infirmitatem proximorum. Hic & de inhumanitate in pauperes: ſi habens ſuperflua ad decentiam ſtatus nõ ſubleuauit eorum inopiam: vel ſi conſti-

*Parẽtum inhonoratio.*

*Teſtamẽtorum trãſgreſſio.*

*Superiorum obſeruantia.*

*Inobedientia.*

*Ingratitudo.*

*Compaſſio*

*Supflua retinens.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

tutis in extrema neceſſitate non ſubuenit, ſi ſuperflua ad neceſſitatem naturæ: licet non ad decentiam ſtatus, ei ſuppetebant.

## Circa quintum præceptum: Non occides, ſub quo octauum; quibus nocumentum in perſonam, & famam proximi prohibetur.

*Circa cogitationes.*

*Odium.* INTERROGET primó de odio, quo mortem, uulnera, infamiam, &c. aliorũ deſiderauit; deinde de ira, & impatientia, qua mouetur erga alios, optando uindictã, &c. De inuidia, qua gaudet malo alterius, dolet de bono: ægrefert aliorum laudem: de uoluntate mala quacunque ex cauſa, qua deliberatè aliorũ malum in anima, corpore, uel ho-

*Ira, quo ad alios.* *Inuidia,* *Peruerſa voluntas.* *Iudiciũ.*

no-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

nore uoluit,&c. De iudicio temerario, quo damnat facta,uel dicta, uel animum alterius:& de ſuſpicionibus ſine ratione:& de interpretatione peiorem in partem. De ira in ſeipſum, & ſuæ mortis deſiderio, ex mala cauſa. *temerariũ* *Suſpiciones.* *Ira, quò ad ſe.*

### *De verbis.*

PROGREDIENDO ulterius, interroga de uerbis ad malum proximi tendentibus: ut de conſilio, uel exhortatione ad malum aliquod inferendum proximis. De mẽdacijs in iudicio, tã teſtis, ſi falſum teſtimonium dixit, quàm accuſatoris: ſi calũniatus eſt; uel iudicis, rei, aduocati, procuratoris; ſi mẽtiti ſunt in aliquo, loquẽdo, uel tacendo uerũ, uel ſophiſticè, non ad mentem iudicis dicẽdo. De mẽdacijs etiam extra iudicium, in damnum animæ, uel corporis, uel famæ, quæ perniciosa dicuntur. Hic de detractione aliorum, dicendo, uel audiendo libenter falſa, omninò, uel ex parte, vel ſine neceſſitate: precipuè ſi cum intentione infamiæ inferẽdæ, uel ſi res grauiſſimæ aſſeruntur. Præ- *Perverſio conſiliũ, & hortatio.* *Mẽdaciæ in iudicio.* *Mẽdaciæ extra iudicium,* *Aliorum detractio.* *Contumelia, &c.*

terea

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

terea de contumelia, litibus, irriſionibus, maledictionibus, & ſuſurrationibus, quibus odium, vel inimicitia huius in illum excitatur, uel alitur: de clamore, exprobratione defectuum, minis. Adde his, aliquem laudare de opere, quod peccatum eſt, uel id approbare, quod adulatorum eſt. Adde detractionem ſui, nocendo famæ propriæ ſine cauſa rationi conſentanea.

*Aſſentatio.*

*Detractio ſui.*

### *Circa opera.*

PETE de occiſione, vulnere, percuſſione, uinculis, tormentis, exilio contra iuſtitiam; ſi tenuit infantem in lecto, cum periculo ſuffocationis, ſi procurauit ſterilitatem, uel abortum ante viuificantem fœtũ, uel poſt: ſi conciliauit, uel fouet inimicitias: ſi fecit, uel iuit ad bellum iniuſtum ſcienter, uel ad id, de cuius æquitate non conſtabat, ſua ſponte, non adactus ſuperioris mandato excuſante. Hic de ſimultatibus, rixis, ſeditionibus. Præterea de punitione inſontis, grauiùs aut leuiùs, quã meretur, uel malo animo, uel contra legum diſpoſitionem. Huc reducitur peccatum, quo quis exem-

*Cædes, percuſſio &c.*
*Periculũ ſuffocationis.*
*Abortus.*
*Inimicitiarum fomentũ. Bellum iniuſtum. Simultates, & rixæ.*
*Inontis punitio.*

plo

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

plo præbet ſcandalum : comitatur uel iuuat alios ad mala: bonorũ mores corrumpit, trahendo ad diſſolutionem, uel impediendo eorum bona, reuocando ab his, quæ ſunt pietatis, per irriſiones. Quique doctrinã peruerſam docet: & demum, qui ad quoduis peccatum alios inducit, & etiam, quo quis ſibi mortem accelerat, per crapulam, aut alia illicita, aut percutit ſeipſum ex ira; aut facit contra conſcientiam, quod putat, uel de quo dubitat quòd ſit peccatum, aut ſe peccandi periculis exponit.

*Scãdalũ. Alios ad malum iuuare.*

*Mortem ſibi conſciſcere, vel accelerare.*

## Circa omiſſiones.

CVM non adiuuant aliquem in periculis animæ, aut corporis, ſi poſſunt. Cum non defendunt famam proximi iniuſtè diffamati. Cum nolunt reconciliari his, quos offenderunt, ueniam petendo; uel poſcentibus ueniam condonare, & remittere offenſionem ex animo recuſant; immo ſubtrahunt communia beneficia. Cum delinquentes non admonent, & corripiunt, vt oportet; præſertim ſi eis ex officio incumbit.

*Alios in periculis non adiuuare.*

*Veniã petere, vel petẽtibus cõdonare.*

*Delinquẽtes nõ corripere.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

## Circa ſextum: Non mœchaberis, ad quod refertur nonum: Non concupiſces vxorem proximi tui.

### *Circa cogitationes.*

*In cogitationibus moroſis quid præcipuè obſeruandũ*

DE cogitationibus uenereorum, & deſiderijs moroſis, præcipuè ſi cum deliberatione, in omnibus modis libidinis mox attingendis.

### *Circa verba.*

DE progreſſu eorum ad uerba inhoneſtè dicta, uel audita ad hunc finem, uel quouis modo. Hic de literis, aut nuncijs, &c.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*Circa opera.*

DEMVM de opere, ut de aſpe-ctibus inhoneſtis, nutibus, munuſculis, ornatu ad malum finem placendi ordinato: de actibus ipſis in honeſtis, ut oſculis, tactibus impudicis, de quibus agens cum coniugatis, illud duntaxat inquire, an his tactibus periculo pollutionis ſe expoſuerint: cæteros admonebis, mortale in eis peccatum admitti. Demum inquire de peccato carnis conſummato, cum ſolutis, uel coniugatis, uel conſanguineis, & affinibus, uel uirginibus, uel conſacratis ordine, aut uoto; aut poſtquàm ipſe ordine, aut uoto caſtitatis ſe deuinxit; uel contra naturæ ordinem, per molliciem in ſeipſo, uel per nefanda peccata cum alijs.

*Inhoneſta.* *Coniugati de his quomodo interrogãdi. In peccatis carnis perſonarum circunſtantiæ obſeruandæ. Contra naturam.*

*Circa omiſſionem.*

OMISSIONE uerò peccatur, non reddendo debitum coniugi; ſe non armando contra tentationem carnis: nec occaſiones remouendo eius peccati.

*Debitum coniungale. Occaſio.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

## Circa ſeptimum: Non furaberis: Cui adiungitur decimum, Non concupiſces rem proximi.

*Circa cogitationes.*

*Praua, et inſatiabilis rerum temporalium, & eccleſiaſticarum cupido.*

AFFECTVS habendi inſatiabilis: ſolicitudo inquieta in acquirendis rebus temporalibus: cupiditas bonorum eccleſiaſticorum, vel aliorum, etiam per vias non licitas: voluntas inordinata accipiendi, vel retinendi aliena.

*Circa verba.*

*Mēdacia in iudicio & extra, cōtra proximum.*

HINC fit progreſſus ad verba, & peccatur per mendacia in iudicio, & extra, ad damnum proximi in rebus pertinentia, & per quæuis alia verba, quæ ad hoc faciunt.

Circa

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

### *Circa opera.*

SI FVRATVS eſt, & quantum: ſi iniuſtè acquiſiuit vt per ſymoniam, vel ex naufragio; vel fraudem in emendo, vel vendendo, circa rem, aut eius ſubſtãtiam, aut qualitatem, aut quantitatem, aut pretium ſi contractus vſurarios, vel ſocietates, & cambia non iuſtè exercuti: ſi rapuit per vim aliena, vel ſua à quieto poſſeſſore, cũ aliter recuperare poſſet: ſi vſus eſt adulterina moneta, licèt ab alijs deceptus: ſi inuenta non reſtituit, quæ non habentur pro dereli ctis: ſi fraude in luſu vſus eſt: ſi damnum intulit rebus proximi: ſi vſurpa uit bonum commune: ſi impoſuit, vel exegit vectigalia indebitè: ſi alijs operam ſuam locando fideliter non operatur: ſi vt egens mendicauit, cum non egeret. Adde profuſio nem, vel prodigalitatem, quæ extremum alterum auaritiæ contrarium eſt.

*Furtum.* *Fraus.* *Vſura.* *Rapina.* *Inuenta, quæ reſti tuenda.* *Fraus in ludo.* *Non egenus mendicans.*

✠



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

### *Circa omiſſiones.*

*Diuitiarũ affectus.* HIC de tenacitate, theſaurizando, quod alijs communicatum oportuit: ut ſi poſſideatur potius, quàm poſſideat bona, & ſi non reſtituat, quæ debet.

## De Superbia.

### *Circa cogitationes.*

*Propria ſui ipſius exiſtimatio.* PECCAT qui exiſtimauit bonum, quod babet, ex ſe habere, uel à Deo quidem, ſed proprijs meritis: uel qui arrogat ſibi, quod non habet, aut amplius, quàm habet: ſi alijs deſpectis, ſingularis uoluit apparere: ſi ægre tulit reprehenſionem, nec fateri uoluit culpam, quam fateri tenebatur. Adde præſumptionem, obſtinationem, impœnitentiam, curioſitatem in addiſcendis, quæ non oportet: nolle ſubiicere ſuum iudicium ſuperiori: nimis efferri proſperis, nimis uirtuti ſuæ

con-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

conſidere, ac proinde pericula peccandi non timere.

*Circa opera.*

SI pertinax; ſi impugnator ueritatis fuit: ſi gloriatur non ut oportet, præcipuè de peccato: ſi defendit ſuos errores, uel excuſat. adde iactantiam.

*Circa opera.*

DE ambitione, quærendo honores, & prælationes, &c. uſurpando in locis, uel ſedibus honorem, qui non eis conuenit; excedendo in ueſtimentis, aut comitatu.

*Ambitio in honoribus, et prę lationib. quærendis.*

*Circa omiſſiones.*

GRATIAS agere de beneficijs, contemnendo.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

## De Gula.

*Quibus modis peccatur gula.*

SI ſoliciti ſunt de præparatione: ſi ante tempus: ſi crebrò; ſi auidè: ſi multum: ſi nimia cum voluptate comedat, aut bibat.

## De Accidia.

### *Circa cogitationes.*

*Bonorum operum faſtidium.*

*Mors qua ratione appetenda.*

FASTIDIVM bonorum operum: deiectio animi ex aduerſis: paruipendere in ſe dona dei: cogitationes vagæ, & otioſæ, præcipuè in orando: tædium præſentis vitæ, non ex pijs cauſis; ſed quòd non ſuccedant ex voto omnia, nolle natum eſſe.

### *Circa uerba*

*Verba otioſa.*

DE MVLTIS otiosè dictis.

Circa

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*Circa opera.*

OB tempus malè contritum, vagis diſcurſibus, ludis, & otio.

*Circa omiſſiones.*

OB puſillanimitatem, qua ex animi deiectione ſuam ſalutem, & media ad eam negligunt: qua malunt in miſeria manere, quàm laborare: qua ſe retrahunt à magnis operibus, quibus pares ſunt; qua famam bonam ſibi ereptã recuperare (quamuis contra Dei honorem, vel in aliorum incommodum id cedat) negligunt. Huc pertinet procraſtinatio, & tarditas inchoandi emendationem, & bona opera: inconſummatio ceptorum bonorum operum: deſiſtere à propoſitis bonis: non excutere tentationes, &c. *Puſillanimitas.* *Procraſtinatio, ac cæptorum in conſummatio.*

De alijs capitalibus ſatis dictum eſt in præceptis.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

# Interrogatorium breuius

*In carmen redactum, memoriæ cauſa.*

## CIRCA PRIMVM præceptum.

CORDE, vel ore negas, errore, aut ſchiſmate du
ctus.
Anceps, blaſphemus, qui tentat, qui malè cultor.
Quemq; ſuperſtitio grauat, aut cum dæmone pacta.
Deſperans, malò confidens, mondiq; timore.
Recta ſinens, propriæ ignorans præcepta ſalutis.
Terrenis hærens nimium, ac diuina peroſus.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

## Circa ſecundum.

QVI violat promiſſa Deo, quique aſſerit audax.
Iurando falſa, aut temerè; quique improba nouit.
Iurauituè, alios nec ad id traxiſſe vetetur.

## Circa tertium, ſuo quo præcepta Eccleſiæ.

QVICQVAM operor vetitum, Miſſam, & ieiunia linquo.
Non perſoluo preces, vetitis me immiſceo ſacris.
Cum teneor non eccedo, loca polluo ſacra.
Sacratas violo res, perſonaſque profanus.

## Circa quartum.

NON veneror, non morigeror, non adiuuo patrem.
Coniunctosuè, pius, foueo, aut humanus egenos.
Cui teneor parere, & quem obſeruare, recuſo.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

## De Superbia.

NON accepta Deo refero bona: vel mea certè.
Ob merita accepiſſe reor: ſæpe arrogo, quæ in me.
Non ſunt: aut certè videor præcellere cunctis,
Ambitione tumens, verum impugnare paratus,
Atque obſtinatus proprium defendere ſenſum.
Nec ſolitus proprias ulla in re agnoſcere culpas,
Iudico, contemno, derideo reſque homineſq;
Scire volo, & facere aggredior ſuperantia uires,
Peccandi haud timeo, fretus uirtute, pericla.

## De Accidia.

NON benè ago, ſed & acta dolent, me aduerſa repentè.
Deiiciunt, & dona Dei mihi tradita temno.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Virtutisſque labor grauis eſt, magis otia pigrum.
Delectant, refugit mens; ſæpe uagatur.
Spirituale bonum tædet curare; remiſſus.
Ad bona, quæ teneor, diuina exhorreo iuſſa.

## De Gula.

SOLICITVS paro lauticias, & tempus edendi.
Præuenio, uetitis, crebrò, cupideque, nimiſq;.
Delector: uentri demum omnem defero cultum.

## De alijs capitalibus dictum eſt in præceptis.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

# QVAEDAM DE ſtatibus varijs.

*Et primò de dominis temporalibus.*

*Dominij iniuſta acquiſitio.* *Vectigalium iniuſta exactio.* *Officia quibus conferenda.* *Maleficiorum prohibitio.* *Subditorum grauamen.*

PRIMO, de dominio iniuſtè quęſito. Secũdò, ſi exigunt collectas, vectigalia indebita, vel inſtituta propter aliquid; quod non ſit, vt propter ſecuritatem viarum, quando ſunt ſecuræ. Tertiò; ſi dant officia his, de quibus præſumitur, quòd erunt inutiles, vel iniuſti. Quartò, ſi ſciunt maleficia, & poſſunt prohibere, & non prohibent. Quintò, ſi nimis grauant ſubditos, rerum, ac temporum conditione inſpecta. Sextò, ſi vſurpant, quæ ſunt com-



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

munitatis: quæ cum fructibus tenentur reſtituere. Sic de his, quæ ſunt particularium viuorum, vel mortuorum. Septimò, ſi ſeruitia perſonarum, vel iumentorum indebita exigunt. Octauò, ſi permittunt mala, vt vſuras, quas non oportuit. Nonò, ſi parte ius petente, tamen condonant offenſam, &c.

*Vſurpatio rerum conium, vel particulariū.*

*Seruitia indebitè exacta.*

*Vurarū permiſſio.*

## De Epiſcopis.

PRIMO renuere prælaturam iniunctam à ſuperiore per præceptum, ſi impedimentum, vel ipſe, vel prælatus pōt remouere: nec requiritur, ut ſciat ſe ſufficientem, ſed vt non conſtet de oppoſito. Poteſt tamen petere abſolutionem ab officio, ſi videt animas commiſſas non proficere ſuo, vel ipſarum defectu, vel per alium melius gubernari poſſe. Secundò, gregem deſerere perſonaliter, ſi videat quòd ſubditorum ſalus exigit paſtoris pręſentiam; & alioqui non reſidere, præterquā in caſibus, & tempore a Concilio Tridentino expreſſis. Tertiò, nō quærere defectus ſubditorum, vt corrigantur, quando fama, vel quod mouere meritò debeat, ad eius aures ve-

*iniuncta prelatura quando recuſanda,*

*Quid, cū aīæ Prælato commiſſæ non proficiunt*

*Reſidētia. Seſſ. 23. c. 1. de reform.*

*Subditorum defectus inueſtigandi.*

*Quæ cæteris poſſint Epi cōmunicare, quę vè nō*

*Ordnesi & benecia indignis non conferen. Diuino officio q̃do intereſſe debẽt Epiſcopi. Viſitatio. Prædicatorum inſtitutio. Synodus celebran. Miniſtrorum idoneorũ prouiſio. legatorum executio. Chriſmatis confectio. Redituum diſpenſatio. Magiſtrorum inſtõ*

nit. Quartò dare auctoritatẽ non Epiſcopis, in ijs, quæ propriè pertinent ad officium epiſcopale, ut ordinare, chriſmare, &c. poteſt tamen committere, quæ pertinent ad dignitatẽ (prę ter inſignia) ut iudicare de Clericis, & quæ ſunt iuriſdictionis. Quintò cõferre ordines indignis, & eccleſiaſtica beneficia. Sextò, conſecrare nõ uirgines, ut uirgines. Septimò ſi non interſint diuino officio ſaltẽ dominicis diebus. Octauo ſi non uiſitant, & in uiſitatione non inquirunt, & prouident ut debent. Nonò, ſi non inſtituãt prædicatores in Eccleſia cathedrali potẽtes opere, & ſermone, & alibi, ubi tenẽtur. Decimò, ſi nõ celebrãt ſynodũ omni anno, admonendo Clericos, legendo conſtitutiones &c. Vndecimò ſi non prouideant de idoneis miniſtris, uicario, aſſeſſore, notario. Duodecimò, ſi negligant executionem legatorum ad ſe deuolutorum. Decimotertiò, ſi non faciunt chriſma ſingulis annis. Decimoquartò, ſi non diſpenſãt redditus ſuos, & pauperibus, & Eccleſię, ut debẽt. Decimoquintò, ſi negligunt ut magiſtri inſtituantur, ad docendum opportuna. Decimoſextò, ſi negligant paſcere oues ſibi creditas. Ex his autẽ, in his, quæ ſunt

mala

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

mala ſecundum ſe, peccatur mortaliter: ut cõferendo ordines indignis, in his uerò, quæ ſunt mala propter aliud, ideſt mala; quæ inde oriuntur iudicanda ſunt tam grauia, quàm eſt bonum, quo oues priuantur, & malum, quod ſequitur. Decimoſeptimò permittere notarium petere ſalariũ ab ordinandis: poſſet tamen aliquid accipere pro labore; dummodo Epiſcopus non participet in lucro. Decimooctauò, contemnere obſeruationem canonum. Decimononò, ignorantia tanta laborare ut decem Præcepta, Articulos fidei, uirtutes, & uitia in generali, & ſacraméta neſciat: nam & periurus eſt reſpondendo in ordinatione; quòd ſciat nouum & uetus teſtamentum. Vigeſimò, de ſymonia in ordinibus, &c.

*Ouium cura.* *Quæ ex ſupradictis ſint peccata mortalia: quæ non.* *Ab ordinandis nihil recipiẽdum.* *Canonum obſeruatio.* *Symonia in ordinibus.*

## De peccatis Iudicum.

EX quinque peccatis contra ius diuinum. primum eſt iudicium iniuſtum, Secundum eſt iudicium temerarium, ex non ſufficientibus ad iudicium. Tertium eſt uſurpatum, quando perſonam, uel opus

*Cõtra ius diuinum.* 1 *Iudicium iniuſtum.* 2 *Temerarium.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

non ſubditum iudicat. Quartũ, iniuſta remiſſio pœnæ, quæ graue peccatum eſſe ſolet, licèt in pecuniariam cõmutetur. Quintum, negatio, ſeu dilatio iuſtitiæ, præſertim petitæ: & tenetur de expẽſis, & damnis illorũ, quibus negatur, vel differtur iuſtitia. Annexa peccata ſunt innumera, quæ ſcilicèt, inducũt ad prædicta, vt odiũ ambitio, timor mundanus, &c.

*Pœnæ remiſſio iniuſta.*

5 *Iuſtitiæ negatio, vel dilatio.*

*Quæ inducãt ad prædicta.*

CIRCA ius poſitiuum, tot peccata, quot prohibita tranſgrediuntur: ipſi dicant, & nominatim de acceptione donorum.

*Cõtra ius poſitiuũ.*

## De Aduocato, & Procuratore.

PRIMO, aſſumens cauſam, quam nouit eſſe iniuſtam, defendendam, licèt caput aliquod iuſtum proſequatur. Secundò, nolens ſcrutari, an cauſa ſit iuſta, vel iniuſta. Tertiò, proſequi cauſam, quam intelligit in ipſa tractatione iniuſtam, licèt à principio putauerit iuſtam, & id tacere clienti. Quartò, non ſtudere ad defendendam cauſam aſſumptam. Quintò, inſtruere clientem, vt dicat falſum, aut dolosè. Sextò,

*Cauſa iniuſta non defendenda.*

*Cauſæ iniuſtitia, vbi dignoſcitur, manifeſtãda clienti.*

*Studium.*

*Cliens inſtruen. vt veritatem fateatur.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

exigere ab eo plus, quam debet. Septimò, nolle defendere in cauſa iuſta pauperem, cum non appareat alius, qui id faciat, ſi pauper opprimi creditur, ſine eius auxilio.

*Salariũ iuſtum. pauperes gratis defendendi.*

## De Notarijs.

*Notariorum peccata 4.*

PRimo, de periurio. Secundò, de falſis inſtrumentis. Tertiò, de occultatis inſtrumentis, aut laceratis. Quartò, de facto inſtrumento illicito, vt vſurarum, quas norunt, &c.

## De Matrimonio iunctis.

*Quis finis ac modus in actu matrim. vitandus. Quo tempore ſit ab uſu matrimonij abſtinen.* Debitum *matrimoniale quãdo denegare liceat. Quo in loco exerceri non poſſit. coniugio ante benedictionem vti. Votum caſtitatis de*

PRimo, ſi ſine tantùm voluptatis actum matrimonialẽ exercent: & modo non conuenienti ad generationem, præcipue ſi extra vas, &c. Secundò, ſi in indiſpoſitione menſtruorum, vel cum vxor eſt grauida, ſi cum periculo abortus, uel grauis damni, id fit. Tertiò, ſi debitum negatur, niſi in periculo vitę, vel ægritudinis notabilis, uel cum petens, per fornicationem ius amiſit.

Quar-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*Vxori adult. coniſceri.* *Matrimonium clãdeſtinum.* *Nuptias tẽpore interdicto, vel cũ ſuperflua põpa celebrare.* *In mortali, vel cũ excommunicatione cõtrahere.* *Cum cõſãguineis, vel affin.* *Familiæ cura.* *Vxor non exacerbãda.* *Peccata vxoris.*

Quartò, ſi in loco ſacro, uel publico exercetur. Quintò, uti coniugio ante bñdictionem ſponſæ. Sextò, ſi qui petit, uotũ habet caſtitatis ſimplex. Septimò, ſi cũ uxore adultera publica vir commiſcetur. Octauò, ſi matrimonium ſit clandeſtinum. Nonò, ſi nuptiæ fiunt tẽpore interdicto, quò ad benedictionem, & adductionem ſponſæ, & celebritatem conuiuij, uel ſi cum ſuperflua uanitate. Decimò, ſi excommunicatus, uel in mortali cõtraxit matrimonium. Vndecimò, ſi cum perſonis coniunctis ſanguine uel affinitate in gradibus uetitis, uel in caſu prohibito; ſed tantùm quære de impedimentis, de quibus eſt præſumptio. Duodecimò, ſi non prouidit familiæ de neceſſarijs. Tertiodecimò, ſi exacerbauit uerbis uel factis coniugem, aut nimis zelotypus, uel remiſſus in cura fuit. Quartodecimò, de uxore, ſi inobediens, contentioſa inculta, negligens in cura domus; ſi non ſequitur domicilium, viri niſi trahat ad peccatum.

De

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

## De Sacerdotibus, & alijs Clericis.

PRIMO, ſi quis accipit ordinem ſymoniacè, uel à ſymoniaco Epiſcopo, uel ante legitimam ætatem, uel in peccato mortali, uel excommunicatus, irregularis, aut ſuſpenſus erat.

1 *Quò ad ordinum ſuceptionem.*

2 Si ijs cenſuris irretitus, uel in mortali ordinem exequatur.

2 *Quò ad executionem.*

3 Si non portauit tonſuram, & habitum.

3 *Habitus, & tonſura.*

4 Si negotia ſecularia exercuit, ludos, choræas, &c.

4 *Negotia.*

5 Si officium ordinis ſine debitis ornamentis exercuit.

5 *Ornamenta debita.*

6 Si omiſit horas canonicas, uel eas dicẽdo, exercet opera manualia, aut uoluntariè uagatur, aut non integrè pronunciat.

6 *Horæ canonicæ quõ recitandæ.*

7 De Symonia in ſacramentis, uel aliter in beneficijs, &c.

7 *Symonia.*

8 Si omiſit debitam materiam, uel formam, uel ritum, in ſacramentis: & interrogentur in ſpecie rudiores, an ſciant formam Baptiſmi, Euchariſtiæ, & neceſſariorum ſacramẽtorum.

8 *Sacramẽtorum collatio.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

9 *Celebrare in mortali vel non ieiunie, &c.*

9 Si non confeſſus de mortali celebrauit, habẽs confeſſarium: uel nõ dictis matutinis: ſi non ieiunus: ſi nõ communicauit: ſi tenuit immundos calices: ſi non curat attentionem: ſi non bene cuſtodit, nè aliquid cadat in terram: ſi poſt pollutionem ex cauſa mortali celebrauit: ſi dixit miſſam ad maleficia.

10 *Quoties celebrandum.*

10 Si non celebrauit, ſaltem in magnis ſolennitatibus, uel plures eodem die miſſas (præterquàm in die Natalis Domini) dixit, ſine licentia.

11 *Circa confeſſionem notanda.*

11 Si abſoluit, quẽ non poterat: ſi reuelauit confeſſionem, & nimis feſtinauit in audiendis confeſſionibus: ſi non conſuluit peritiores in dubijs: ſi pœnitentiam malè iniunxit. Si interrogat, quæ non debet.

12 *Quò ad prædicationem.*

12 Si prædicat mendacium, uel curioſa, uel iocoſa, uel indulgentias indiſcretas, uel ſymoniacè, uel ob gloriam, uel ſine licentia.

13 *Mulierũ familliaritas fugienda.*

13 Si familiaritates habuit cum mulieribus: inhoneſtè eas aſpexit.

14 *Redituum Eccleſiaſticorum mala diſpenſatio.*

14 In his, qui habent redditus eccleſiaſticos, de mala eorum diſpenſatione.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

## De Religioſis.

PRimo, de ingreſſu, ſi per ſymoniã. Secũdò, de intentione non bona, ut non laborandi,&c. quæ rectificari poteſt. Tertiò, ſi reticuit impedimenta, ut infirmitates, &c. Quartò, ſi habens uotum religionis arctioris, non habuit diſpenſationem ante ingreſſum laxioris. Quintò, ſi mentiendo, uel reticendo, aſperitatem, inducunt alios ad ingreſſum, uel auertunt a melioribus. Sexto, de non obſeruata caſtitate, paupertate, uel obedientia ſuperioris, aut conſtitutionum. Septimo, circa officium, ſi non fecit, quod tenebatur. Octauo, de mala electione Prælati, uel inordinato affectu ad quamuis perſonam. Nono, ſi in uiſitatione Prælatorum non reuelauit dicẽda. Decimo, de ceremonijs principalioribus, ut eſu carnium prohibito,&c. Vndecimo, ſi tempus otio vel inutilibus operibus mundanis cõſumpſit. Duodecimo, de diſſolutiõe, murmure, impatientia, negligẽtia in orando pro alijs, ac ſe præparando ad ſacramenta, &c. Tertiodecimo,

*In ingreſſu ſimoniæ. Intentio. Impedimẽtorum reticentia. Votum religionis arctioris. Alios ad religionẽ inducere, vel ab illa retrahere. Circa vota. Circa officium. Prælati electio, affectuſque inordinatus. Viſitatio. Ceremoniæ. Temporis amiſſio.*

de

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

de amore conſanguineorum, & affe- ctu ad temporalia, & locutione de rebus ſecularibus. Quartodecimò, de dimiſſo habitu.

*Diſſolutio murmura tio. &c. Cōſanguineorū affectus. Habitus dimiſſio.*

## De Doctoribus.

*Quinam ad lectiones admittendi, & qui non. A diſcipulis nil recipien. aliquā do. Magiſterium recipere, & alios ad illos admittere. Nec ſacra ſcriptura, nec theologia in mortali explorāda*

PRIMO, ſi Doctores, qui legūt medicinam, uel leges, admittant ſcienter Religioſos, uel Sacerdotes, uel quoſcunque in dignitate conſtitutos clericos; & qui legunt alias ſcientias, etiam Theologiam, ſi admittant Religioſos, ſine licentia ſuorum prælatorum, uel habitu dimiſſo. Secundò ſi habens ſalarium, uel beneficium ſufficiens, exigit à diſcipulis, præcipuè pauperibus, aliquid: oblati poteſt accipere idoneus. Tertiò, ſi magiſterium requirit, uel recipit ualde ignorans, uel alios admittit (& in theologicis uidetur mortale Antonino) uel quærit gradus ad malos fines. Quartò, ſi docuit publicè ſacras ſcripturas, ac Theologiam exiſtens in mortali. Quintò, ſi ſcientijs prohibitis ſtuduit uel eas legit. Sextò, ſi non adhibuit diligentiam, ut diſcipuli proficerēt in moribus, &

ſcien-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

ſcientia. Septimò, ſi iuramenta uniuerſitatis non impleuit. Octauò, de iactantia, detractione, inuidia aliorum profeſſorum. Nonò, ſi ab illis ſcholaſticos ad ſe traxit, aut ſecta nutriuit.

*Scientijs prohibitis ſtudere. Diſcipulorum profectus curandus. Iuramentorum obſeruantio Iactantia detractio, &c.*

## De Scholaſticis.

PRIMO, ſi non obediunt magiſtris, in quibus tenentur.

2 Si rixantur inter ſe.

3 Si magiſtrum minus aptum elegerint ex cauſa iniuſta.

4 De dimiſſis ieiunijs, miſſa, ſacramentis.

5 Si contendunt contra ueritatẽ.

6 Si ſuperbiunt ex ſcientia.

7 Si malum finem intendunt.

8 Si negligentes ſunt in ſtudio.

9 Si nimis intendunt libris turpibus.

*Obedientia. Rixæ. Magiſtri electio. Ieiuniorũ omiſſio. Veritatis opugnatio Superbia Finis. Negligentia. Libri obſcæni uitandi.*

## De mercatoribus, & artificibus.

PRIMO, de cambijs iniunſtis. Secũdò, de uarijs uſuræ palliatæ modis: ut 1. ſi minoris emit propter



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

anticipatã ſolutionem: uel 2. plus iuſto uendìdit: propter expectationem temporis; uel 3.emit agrum cum pacto de retrouẽdendo minoris medietate iuſti pretij, vel certè multò minoris, quàm iuſtum ſit; ita ut non ſit ibi uera emptio, & uenditio: quę ſi eſſet, iniuſtus eſſet, ſed non uſurarius cõtractus. Tertio, ſi ad infideles ferrũ, uel arma portarunt, ſine licentia Papæ, uel cum ea, ſi in præiudiciũ Chriſtianorum id cederet, licèt tunc in excõmunicationem non inciderẽt. Quarto de monopolijs, ſi conueniunt cum alijs, ne uendãt, niſi aliquo pretio maiori, quâm ſit æquum. Quinto, ſi mutuant, ſperãdo lucrũ ex mutuo. Sexto, ſi fraudarunt uectigalia, & gabellas iuſtas. Septimo, ſi dederunt falſas monetas ſcienter, uel diminutas pro bonis. Octauo, ſi quis in ſocietate cum alijs nõ fideliter ſe habuit, occulta lucra ſibi retinẽs. Nono, ſi emit res furatas, uel raptas. Decimo, ſi periurijs, & mendacijs vſus eſt, uendẽdo &c. Vndecimo, ſi negociatur diebus feſtis ſine neceſſitate, emendo, vẽdendo, ratiocinia faciendo; niſi ad modicum tempus. Duodecimo, ſi mediator fuit malorum contractuum. Tertio decimo, ſi artẽ habet, cuius opus

*Cambium Vſura.*

*Arma ad infideles portare.*

*Monopolia.*

*Lucrum ex mutuo.*

*Vectigalium defraudatio.*

*Monetarum falſitas.*

*Societas.*

*Emptio.*

*Periuriũ, & mendacia.*

*Diebus feſtis non negociandũ.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

eſt tantùm ad peccatū; vt idola, tenetur dimittere. ſi ferè ad peccatum, vt qui taxillos facit, uel fucum, iſtos exhortari oportet, ut dimittant artem, & omnino iniungere, ne uendant ijs quos ſciunt malè vſuros. Quartodecimo, de dolo in menſuris &c. Quintodecimo, ſi non ieiunauit, dum poſſet, moderando laborem.

*Malorum mediator.* *Artis opus conſiderādum.* *Dolus circa menſuras.* *Ieiunium*

## De Medico.

PRIMO, ante cognitam ægritudinem temerè curando, uel dū tentat, & explorat morbum, adhibēdo periculoſa.

Secundo, poſt cognitum morbum temerè etiam curando, dum negligit ſtudere, aut viſitare, aut cōſulere, aut mutare ſententiam, uocando potius in dubium, rectam curationem alterius.

3 Si medicinam incertam in periculum vitæ experitur.

4 Si conſuluntquid facere cōtra ſalutem animæ, aut non monent, vt aduocent medicos animarum, cum opus eſt.

*Quibus modis ante cognitū morbum peccet medicus.* *Quibus poſt cognitum.* *Salus corporis animæ ſalutē poſt ponenda.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

## De pueris.

PRIMO, de mendacijs, periurijs, uotis non impletis.

2 De omiſſione Miſſæ, & confeſſionis, & communionis.

3 De irreuerentia patris, uel magiſtri.

4 De furtis.

5 De uerbis turpibus, contumelijs, detractionibus, rixis.

*De carnalibus pueri cautè interrogandi.*

6 De carnalibus â longè (ne diſcant, qui incorrupti ſunt) interrogētur, maximè puellæ.

## De proprijs remedijs peccatorum.

### *Contra Superbiam.*

PRIMO, conſideratio propriæ uilitatis, defectum animæ, & corporis, & exteriorum.

2 Obſeruare meliores ſe, & præcipuè Chriſtum, qui nos ad ſui imitationem hortatur dicens, Diſcite â *Mat. 11.*

me

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

me, quia mitis ſum, & humilis corde, &c.

3 Animaduertere ſuperborum ſeruitatem, & ignominiam, quæ à dignitate filiorum Dei decidunt, & fiunt Dæmonis abiecta mancipia, qui rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ. *Superborum miſera conditio.*

4 Verſari cum humilibus, ac modeſtis.

5 In ueſtitu, domo, atque omnibus operationibus externis, quantum decorum ſtatus cuiuſque fert, ſe ſe demittere.

### *Contra vanam gloriam.*

PRIMO, ſua abſcondere.

2 Ad defectus proprios mentē re eſtere.

3 Honorem, & laudem oblatam ſtatim offerre Deo authori totius boni.

### *Contra Auaritiam.*

PRIMO, efficaciſſimum remedium omnia relinquere.

2 Animaduertere, magnis opi-

bus

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*Animus exiguis potius, quã magnis ſatiatur opibus.*

*Quæ pauperibus erogãtur, in cælum præmittũtur.*

*Matth. 6.*

bus nõ magis ſatiari animum, quàm exiguis. Ac proinde minuendam eſſe cupiditatem, potius, quàm diuitias cumulandas.

3 Conſiderare omnia breui eſſe relinquenda, niſi quæ pręmiſſa per manus pauperum fuerint.

4 Cogitare quanta fuerit Chriſti paupertas, & ſanctorum, qui illum ſunt imitati.

5 Confidere Deo, qui paſſerculos alit, & dicit: Quærite primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius, & cætera adiicientur uobis.

6 Recedere à ſocietate auarorũ: & cum illis agere, qui temporalia negligunt.

7 Mirari cæleſtes diuitias, & bona illa infinita certa, iucundiſſima, & ſemper duratura.

### *Contra Luxuriam.*

PRIMO, fugere conſpectum, & multò magis familiaritatem eam, quæ ad libidinem inflammat.

2 Recedere à conuictu illorum, qui ſuo exemplo ad libidinem excitant.

3 Otium

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

3 Otium fugere, & honeſtis exercitijs ſemper vacare.

4 Non nutrire corpus delicatè, ſed potius amare abſtinentiam, maximè à vinis fortioribus, & cibis calidioribus.

5 Repellere ſtatim malas cogitationes, & ſenſus cuſtodire.

6 Dolorem aliquem voluntariũ aſſumere, præſertim vrgente carnis tentatione.

## *Contra iram propriam.*

PRIMO, parare ſed ad verba, & actus, quæ ſolent ad iram incitare, patienter tolerandos.

2 Intelligere patienti non nocere iniuriam, ſed potius inferenti, & quantam iniuriam pro nobis Chriſtus paſſus ſit, cui referemus gratiam tantorum beneficiorum, ſi patienter iniuriam ſuſtinebimus.

*Iniuriæ nõ patientẽ, ſed inferentem, lædit.*

*Patientia gratias Chriſto referim.*

3 Conuertat ſe ad aliud quidpiã agendum, mẽtem diuertens ab iniuria.

4 Saltem linguam, & manus cõprimat, & accenſam iram in pectore extinguat.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

### *Contra iram alterius.*

*Prou. 15.* PRIMO, mollis ſermo frangit iram, durus furorem ſuſcitat.

2 Tace, vel deflecte ab irati conſpectu.

### *Contra Inuidiam.*

PRIMO, non amare terrena.

*Inuidia inutilis.* 2 Cogitare, quàm ſit inutilis inuidia, quæ tantum confert ad peccandum, & inuidi cruciatum.

*Inhoneſta.* 3 Quàm ſit inhoneſta, cum vel ſanguinem teneamur effundere pro noſtris proximis, ſi res poſtulauerit.

4 Id expende: ſi alius careret bono, quod tu illi inuides, non ideo tu melius haberes; ſi igitur inuidia nihil tibi conducit, nec ad temporalia, nec ad famam, nec ad virtutem, & animum cruciat, & à DEO auertit, quare non illam abiicies?

5 Cogitet quicquid iuuat, & accendit charitatem fraternam, &c.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

## *Contra odium proprium.*

PRIMO, animaduertere Dei vindictam, qui non dimittit, niſi dimiſerimus.

2 Qui alium odit, ſibi plus nocet, quàm illi, cum ſe in ſtatu peccati mortalis conſtituat.

*Qui odit alium, ſibi plus, quàm alteri nocet.*

3 Ignoſcere tandem aliquando debemus, ſi perire nolumus in ſempiternum. Melius eſt ergo cito ignoſcere, & periculum euadere, ne etiam ſine merito vita tranſigatur, & vt CHRISTO in ea placeamus.

## *Contra odium alterius.*

PRIMO, benefacere.

2 Inſeruire.

3 Submittere ſeſe.

## *Contra Gulam.*

PRIMO, remouere, quę poſſunt gulam irritare: qualis eſt ciborum ſuauitas, varietas, & condimenta.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*Ciborum voluptas beſtiarũ, potius quã hominum. Gulæ incõmoda.*

2 Conſiderare beſtiarum hanc eſſe voluntatem potius, quàm hominum, quę intellectum obfuſcat, bona desideria extinguit, uitam reddit breuiorem, immo animalia bruta non plus indulgent cibo, quàm neceſſitas poſtulet.

3 Præcedens deliberatio multum confert.

## *Contra Accidiam.*

PRIMO, crebra beneficiorum Dei recordatio, quæ amorem excitat.

*Beneficiorum recordatione amor excitatur.*

Secundò, vicinam mortem, quæ bene operandi tempus aufert, meminiſſe.

Tertiò, Pœnarum, & præmiorum æternorum cogitatio.

Quartò, Deditos otio fugere, & ſectari diligenter operantes bona.

## Remedia vniuerſalia.

PRIMO, ſummum, & uniuerſale remedium ad omnia uitia extirpanda, & inſerendas uirtutes, eſt frequens oratio cum fiducia.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

2 Frequens confeſſio: & quæ ſtatim cum in aliquod lapſus fueris peccatum fieri debeat.

3 Frequens ſumptio Euchariſtię.

4 Fugere improborum, & ſectari bonorum ſocietatem.

5 Lectio piorum authorum, & ſacræ ſcripturæ præcipuè.

6 Meditatio paſſionis Chriſti.

7 Conſiderare uitam ſanctorum.

8 Præſentiam Diuinæ Maieſtatis, & Angelorum.

9 Mortem certam.

10 Iuſtitiam diuinam per exempla illorum, quos puniuit.

11 Futurum iudicium.

12 Pœnam damnatorum.

13 Gaudium, & fœlicitatem Paradiſi.

## QVOMODO HIS armis vtendum ad vitia ſuperanda.

PRIMO, ab effectibus; ideſt peccatis, inueſtigare oportet radicem, unde cætera uitia pullulant. *Radix peccatorum præcidenda.*

Vnum enim, aut alterum ſolet eſſe uitium dumtaxat, præcipuum in uno quoque homine, quod reliqua generat, quo ſubla-



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

to etiam illa, quæ ab eo oriebantur, interibunt. Secundò, memoria tenere remedia contra illud, vt cum opus fuerit, adhibeantur. Tertiò, Cum vno, aut altero peculiari diligentia pugnabis (etſi omnia in genere odio habeas neceſſe eſt) donec illud abſtuleris, aut ita debilitaueris, vt vel non repugnet, vel facilè comprimatur. Contra hunc hoſtem crebrò renouandum eſt propoſitum, acuenda ira in illum, propriiſque armis cum eo pugnandum eſt. Adhibenda etiam ſunt remedia communia, & circa id examen conſcientiæ quotidianum verſetur. Nam ſi hodie vnum aggrediaris, craſtino die alterum, nullum tandem ſuperabis. Quartò, neceſſaria eſt animi magnitudo ad ineundum certamen, & victoriam ſperandam, licèt ardua, & operoſa futura ſit. Certum victoriæ ſignum eſt, victoriam magnanimiter ſperare. Quintò, Perſeuerantia in certando opus eſt, nec dſepondere animum oportet, licèt millies cadas. ſurge ergo, & pugna. Victus eſt ille ſolum, qui armis, & voluntate pugnandi abiectis, ſe aduerſario turpiter dedit. Et licèt profectus aliquandiu mini-

*Bonum propoſitũ crebrò renouandum.*

*Certum victoriæ ſignum.*

*Victus quinam dicendus.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

mè cernatur, non ideo nihil profeciſti. Nam vt horologij vmbram progreſſam videmus, progredientem non cernimus, & ſegetes creuiſſe apparet, non apparet creſcere; ita virtutem creſcentem; quoniam minutis conſtat auctibus, non facilè videas, ſed tandem longiori interuallo creuiſſe videas: ſed & labor ille pugnandi, humilitas, & patientia ſuſtinenti, non exiguus eſt profectus.

*Appoſitiſſimæ ſimilitudines.*

# DE RESTITVTIONE.

INTER ea, quorum Confeſſario neceſſaria eſt cognitio, vel in primis Reſtitutio eſt: per quam ſatisfit pro re ablata, vel dãno, vel iniuria. Eſt autẽ confitẽtibus neceſſaria: quia ſicut accipere alienum, ita & tenere, inuito dño.

*Reſtitutionis cognitio tum Confeſſario, tum pœnitenti neceſſaria*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

mortale eſt. Quæ ſunt obſeruanda circa reſtitutionem, his duobus uerſib. adnotantur.

*Quis; cui, quid, quantum vel vbi, quo tempore, quoue.*
*Ordine reſtituas, ſic piè lector habe.*

Acceptionis nomen dupliciter capiendum.

PRIVS tamen intelligendum eſt, cum loquimur de reſtitutione rei alienæ acceptæ, tam de acceptione iniuſta, ut ex rapina, &c. quàm de retentione non iuſta, ut ex mutuo, quæ breuitatis gratia, ſub acceptionis nomine comprehenduntur, nos loqui.

## Quis debeat reſtituere.

Acceptio iniuſta.

TENETVR reſtituere, quicſique fuit cauſa iniuſtæ acceptionis: & ſi multi fuerunt cauſa, omnes tenentur. Decem autem modis iniuſtæ acceptionis cauſa eſſe quis poteſt, qui his uerſibus continentur.

*Reſtituat capiens aliena, eiuſque miniſter.*
*Iuſſio, conſilium, conſenſus, lauſque, comeſq;*
*Qui recipit, mutus, non obſtans, non manifeſtans.*

PRI-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

PRIMVS ergo eſt, qui per ſe exequitur, ſiue proprio motu, & lucro, ſiue alieno, ut miniſter uſurarij, qui contractus facit ex auctoritate domini delegata, & uulnerans ex domini ſui mandato. *Capiens per ſe, & eius miniſter.* Secundus eſt iubens, qui tenetur, quando ex ſua iuſſione ſecuta eſt actio iniuſta. *Iubens.* Aut ratum habens quod ipſius nomine factum eſt, impedit reſtitutionem. Tertius eſt conſulens efficaciter; ita ut ex conſilio tali moueatur quis ad perpetrandam actionem iniuſtam, si effectus ſecutus fuerit. *Conſulẽs.* Quartus eſt conſentiens, ſine cuius conſenſu non ſequeretur actus: ſecus ſi ſine tali conſenſu fuiſſet ſecutus. *Conſentiẽs* Quintus eſt adulator, quando ex laudatione, & adulatione, tanquàm ex cauſa, uel concauſa ſequitur effectus. *Adulator.* Sextus eſt particeps malæ actionis, ut comes, mediator, uel qui aliter in crimine participat; quando eſt concauſa iniuſtæ acceptionis. *Particeps.* Septimus eſt receptator talium. Eſt enim cauſa maleficij, præbendo eis ſecuritatem, & cuſtodiam prædæ: vnde fures animoſiùs, & ſecuriùs furantur, Secus ſi non receperit tales ut furarentur. *Receptator.* Octauus eſt mutus, ideſt qui poteſt, & debet loqui *Mutus.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

mortale eſt. Quæ ſunt obſeruanda circa reſtitutionem, his duobus uerſib. adnotantur.

*Quis, cui, quid, quantum vel vbi,*
*quo tempore, quoue.*
*Ordine reſtituas, ſic piè lector habe.*

*Acceptionis nomen dupliciter capiendum.*

PRIVS tamen intelligendum eſt, cum loquimur de reſtitutione rei alienæ acceptæ, tam de acceptione iniuſta, ut ex rapina, &c. quàm de retentione non iuſta, ut ex mutuo, quæ breuitatis gratia, ſub acceptionis nomine comprehenduntur, nos loqui.

## Quis debeat reſtituere.

*Acceptio iniuſta.*

TENETVR reſtituere, quicſique fuit cauſa iniuſtæ acceptionis: & ſi multi fuerunt cauſa, omnes tenentur. Decem autem modis iniuſtæ acceptionis cauſa eſſe quis poteſt, qui his uerſibus continentur.

*Reſtituat capiens aliena, eiuſque miniſter.*
*Iuſſio, conſilium, conſenſus, lauſque, comeſq;*
*Qui recipit, mutus, non obſtans, non manifeſtans.*

PRI-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Primvs ergo eſt, qui per ſe exequitur, ſiue proprio motu, & lucro, ſiue alieno, ut miniſter uſurarij, qui contractus facit ex auctoritate domini delegata, & uulnerans ex domini ſui mandato. Secundus eſt iubens, qui tenetur, quando ex ſua iuſſione ſecuta eſt actio iniuſta. Aut ratum habens quod ipſius nomine factum eſt, impedit reſtitutionem. Tertius eſt conſulens efficaciter; ita ut ex conſilio tali moueatur quis ad perpetrandam actionem iniuſtam, si effectus ſecutus fuerit. Quartus eſt conſentiens, ſine cuius conſenſu non ſequeretur actus: ſecus ſi ſine tali conſenſu fuiſſet ſecutus. Quintus eſt adulator, quando ex laudatione, & adulatione, tanquàm ex cauſa, uel concauſa ſequitur effectus. Sextus eſt particeps malæ actionis, ut comes, mediator, uel qui aliter in crimine participat; quando eſt concauſa iniuſtæ acceptionis. Septimus eſt receptator talium. Eſt enim cauſa maleficij, præbendo eis ſecuritatem, & cuſtodiam prædæ: vnde fures animoſiùs, & ſecuriùs furantur, Secus ſi non receperit tales ut furarentur. Octauus eſt mutus, ideſt qui poteſt, & debet loqui

*Capiens per ſe, & eius miniſter.*

*Iubens.*

*Conſulēs.*

*Conſentiēs*

*Adulator.*

*Particeps.*

*Receptator.*

*Mutus.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

reprehēdēdo, mandando, & huiuſmodi, & non facit. Nonus non obſtans, ideſt, non impediens actionem iniuſtam, quam poteſt, & debet impedire: ſicut quibus incumbit ex officio. Decimus non manifeſtans inuaſorē malæ actionis, quando poteſt & tenetur: vt teſtis in iudicio vocatus, & cuſtodes vinearum, & huiuſmodi, qui tenentur ad damna, quæ proximus patitur ex defectu manifeſtationis, quatenus non manifeſtare cauſa fuit damni. Et quod in his tribus caſibus dicitur, qui poteſt, & debet: intelligunt aliqui doctores obligationem reſtitutionis ſolùm de his, quibus ex officio incumbit.

*Non obſtans.*

*Non manifeſtans.*

*Nota.*

QVILIBET ex ſupradictis, quādo ſecutum eſt damnum, tenetur in ſolidum reſtituere id, cuius fuit cauſa vel concauſa, ſiue ſit pars ſiue totum. Si verò alij reſtituerint pro parte ſua, teneretur tantùm pro reliquo ſatisfacere damnum perpeſſo: quòd ſi qui principales fuerunt in damno dando cæteroſque induxerunt, totum reſtituiſſent; reliqui ad nullam reſtitutionem tenerentur.

*Quantū quilibet ex ſupradictis reſtituere teneatur.*

Cui

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

## Cui fieri debet reſtitutio.

DISTINCTIONE opus eſt Si reſtitutio fit ex ſola re aliena, quæ apud aliquem reperitur: cõmuniter reſtitui debet ei, cui debetur (ſi ſciatur) ſcilicet domino rei, ſiue ſit eccleſiaſticus, ſiue laicus. Sed ſi eſſet prælatus diſſipator bonorum Eccleſiæ deberet eccleſiæ reſtitui, habito (ſi fieri poteſt) ſuperioris conſenſu.

*Quid, cũ dominus rei ſcitur, faciendũ.*

*Nota.*

Si neſcitur dñs rei, vel ad ipſum non poteſt eſſe acceſſus, uel non ſine periculo, & ſcãdalo, reſtituatur Chriſto, omnium domino, dando pauperibus, poſtquàm expectatum fuerit quantum ſatis ſit, ſi ſperabatur fieri poſſe, vt domino reſtituatur.

*Quid, cũ neſcitur, vel &c.*

Si reſtitutio fit ex iniuſta acceptione, quando etiam datio eſt prohibita (vt cum ordinis ſacri adminiſtrator recipit pecuniam, &c.) reſtitutio nõ fit danti, ſed ei, in cuius iniuriam pecunia data eſt, ſiue ſit Eccleſia, ſiue homo aliquis, uel certè Chriſto, omnium hæredi.

*Quid, cũ acceptio, & datio eſt iniuſta.*

Si ex ſola acceptione iniuſta oritur obligatio reſtitutionis, nec datio iniu

*Quid, cũ acceptio eſt iniuſta, & datio iuſta.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

ſta fuit, ut in uſura, debet reſtitui dã nificato, ita ut concurrant iſta duo ſi mul, iniuſta acceptio, & damnũ, quod ſequatur ex iniuſta acceptione: unde qui pignus furatur à mercatore, eidẽ mercatori debet reſtituere: poſſet ta men in foro conſcientiæ domino pi gnoris reſtituere, dummodo merca tor damnum non patiatur.

*Nota. Cui reſtituendum, cum. quis rem furatam ſurripit.*

Similiter ſi rem furatam quis fure tur, domino reſtituat, ſed fur intelli gat ſe non teneri ad reſtitutionem amplius.

*Quid faciendum, cum perſona, cui debet reſtitui, eſt mortua. Quid cũ diſtat.*

Si perſona, cui fieri debet reſtitutio eſt mortua, dabitur hæredib. ſi ignoratur, facta inquiſitione debita, dabitur Chriſto in ſuis pauperibus. Si diſtat, & faciliter, ac fideliter ad eũ mitti poſſit, ſi res eſt magni valoris, debet ad dominũ mitti, expenſis, & damno detinentis iniuſtè: ſi non poteſt tranſmitti, & res eſt parui ualoris poſſet dari eius propinquis, uel pauperi cœnobio, arbitrio boni uiri, cum pacto, ut ueniente domino, eidẽ reſtituatur, ſi res ſeruari poſſit. ſi uſurarius ijs, qui à loco uſurę receſſerũt, uelit reſtituere uſuras, expẽſis ipſorum poteſt mittere: ſi ipſemet uſurarius receſſit, ſuis mittet expẽſis. Nõ ſemper res debet reſtitui illi, cuius eſt, uel â quo accep

*Quid cũ à loco receſſit vſurarius, vel qui vſuras acceperunt.*

ta eſt,

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

ta eſt, quando, ſcilicèt, ei eſt damnoſa, ut enſem furioſo, &c. ſed poteſt ſeruari hæredibus.

*Quando licet illi, cuius res eſt, non reſtituere.*

Si prohibetur cauſa tantum, non acceptio, vt in turpi lucro meretricio &c. Nõ neceſſe eſt reſtituere, niſi interuenerit fraus, uel illicita extorſio, uel acceptum eſt ab eo, qui alienare non poteſt: debet tamen conſuli illis, ut dent pauperibus: ſimiliter de acquiſitis per ludum.

*Quid faciendum cum cauſa acceptionis eſt prohibita, non autem acceptio.*

Bona incerta, reſtitutioni obnoxia, quando non poteſt inueniri dominus, facta diligenti inquiſitione, dentur pauperibus arbitrio illius, qui habet, uel Confeſſoris.

*Nota. Bona incerta, quomodo reſtituenda.*

Inventa, quæ nunquam habuerunt dominum, uel cuius non extat memoria, uel qui nõ curat de eis, ſunt inuenientis. Si habuerunt, uel habent dominũ, reſtituenda ſunt domino rei: ſi facta diligenti inquiſitione, non inuenitur dominus, poſſunt dari pauperibus, uel retineri ab inuẽtore paupere, de licentia Cõfeſſoris. De theſauro, cuius dominus neſcitur ſi inuenitur in proprio fundo, totus eſt inuentoris: ſi in alieno inuenitur caſu, medietas una erit domini fundi altera inuentoris, ſecundũ Thomã. Si ſtudioſè quærendo inuenitur, cũ

*Inuenta, quæ Dominum nõ habent. Inuẽta, quæ habẽt dominum.*

licen-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

licentia domini donantis, quia non vult ipſe quærere, totus eſt inuentoris. Si quærit contra, vel præter volũtaté domini, totus erit domini. Si ſciendo theſaurum eſſe in fundo emitur fundus, uidetur totus theſaurus eſſe ementis. Conſuetudo autẽ, qua theſauri inuenti principibus reſeruantur, non obligat in conſcientia, iuxta doctorum quorundam ſententias. ſi tamen alicubi lex, aut conſuetudo, rationi cõſona, aliud ſuaderet, eius eſſet habenda ratio.

*Nota.*

## Quid reddendum.

*Res, cum extat, ipſa reſtituenda; niſi &c.*

REDDENDAE ſunt res, & damna. ſi res exiſtat, ipſa reſtituatur, niſi periculum ſcandali, vel aliud timeretur; tunc enim ad arbitrium boni uiri, reddetur æquiualens. Si res non extat, uel facta eſt deterior, æquiualens reddatur.

*Vel æquiualens, cũ non extat.*

*Rex aliena ſiue bona, ſiue mala fide poſſidea-*

QVICVNQVE habet rem alienam, tenetur illi reſtituere, cuius eſt, ſiue habeat bona fide, ſiue nõ, quòd ſi habuit bona fide, ut ſi emit equũ, credens eſſe uendentis, qui tamẽ nõ



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

erat, ſi iam vendidit, tenetur reſtituere id, quo factus eſt locupletior ex tali re, & nõ plus: ſi donatum accepiſſet & uendidiſſet, totum pretiũ deberet reſtituere. Si verò habet apud ſe, tenetur reſtituere, etiam non habito pretio ab eo, cuius res eſt: habet tamen actionem contra venditorem rei alienæ. Quòd ſi mala fide emit rẽ alienã cupiditate lucri, teneretur reſtituere rem illam, ſi habet, vel æquiuales, ſi non habet, & lucrum, quod ex ea acquiſiuit. & licèt furtiuè auferatur ab eo, non liberatur à reſtitutione.

*tur, ſemper reſtituenda.*

*Nota.*

*Nota.*

QVOD ſi accepit rem, quam ſcit eſſe alienam, nõ gratia lucri, ſed agẽs fideliter negocium domini, ne res pereat: poteſt à ſpoliato repetere quidquid expendit. Quòd ſi dominus nõ inuenitur, dabit pauperibus, quod remanebat ſupra pretium, & expenſas.

*Res aliena in domini gratiam accepta, q̃uo reſtituenda.*

*Nota.*

IMPEDIENS aliquem à conſecutione cuiuſcunque boni licitè, ad nihil tenetur. ſi iniuſtè impediuit eũ, qui erat conſequutus, teneretur ad æquale. ſi prope erat, vt aſſequeretur, tenetur ad arbitrium boni hominis. Sic etiam impediens aliquem ab officio, quod iuſtè exequitur, vt ruſticũ ab opere, & huiuſcemodi, niſi ſecundum rationẽ faciat, tenetur reſtitue-

*Impedientes aliquẽ à conſecutione alicuius boni, vel ab officio, q̃uo reſtituẽt.*

re,

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*Item impedientes creditorẽ, ne debitũ exigat, quõ, &c.*

re, ad arbitrium boni hominis.

IMPEDIENTIS creditoré modo illicito, ne poſſit exigere à debitore, ut liberando eum à carcere, uel alio modo iniuſto; & in genere damnũ alteri iniuſtè inferentes (maxime data opera) tenentur, si damnũ eſt certum, ad omnia: si incertum, ad arbitrium boni hominis.

*Quomodo reſtituendum, cum res aliena perit in manu illius, qui eſt in culpa &c.*

SI res aliena pereat in manu illius, qui eſt in culpa, ne reddatur dño, si æqualiter apud dominum erat peritura, non tenetur de damno: ſecus si non erat peritura; uel ante dominus eam erat uenditurus, aut in ſuam utilitatem diſtracturus.

*Cedens bonis anteneatur reſtituere.*

CEDENS bonis propter inopiam, si uenerit ad pinguiorem fortunam, tenetur in conſcientia reſtituere, quod debet.

*In dãnis vitæ, membrorũ &c. quomodo reſtituendum.*

IN damnis uitæ, membrorum, ſanitatis, libertatis, honoris, famæ uirium, fructuum, damni emergentis, lucri ceſſantis, & huiuſmodi, pro dãnis reſtitutio fiet, ut optime poterit, ad arbitrium boni uiri.

*virginem deflorans ad quid teneatur.*

QVI uirginẽ ſeducendo, aut per uim deflorauit, eam ducere in uxorẽ tenetur, vel arbitrio boni uiri, ei ſatiſfacere: quòd si promisit ſe eam ducturũ, tenetur ducere; nisi magnũ inde

ſcanda-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

ſcandalum, uel notabilis infamia ſequeretur, quod si uel ipſa nubere, uel pater eam tradere nollet, tenebitur arbitrio boni uiri ſatisfacere. Si autem uolentem defloraſſet, non tenetur ſatisfacere, minus etiam in uxorem ducere. *Nota.*

## Quantum debet reſtitui.

SI quantitas rei uel damni sit certa, tantumdem reſtituetur. si incerta, ut in iniurijs, &c. quantum bonus, & prudens homo iudicabit, consideratis circunſtantijs singularibus, rei, temporis, loci, & perſonæ, & huiuſmodi.

*Quantitatis rei certitudo, vel incertitudo reſtitutionis quātitates variant.*

POSSESSOR bonæ fidei, si antequam currat præſcriptio, aduertit rem, quam poſſidet, nō eſſe ſuā, in cōſcientia tenetur reſtituere rem integram, & fructus, in quibus eſt factus ditior, nisi hos poſſederit bona fide tribus annis, sicut etiā teneretur reſtituere rē ipſam, & damna, & fructus perceptos tempore malæ fidei, deductis expensis factis gratia colligendorum, & quærendorum, & conſeruandorum fructuū. Eadem ratio eſt de

*Quātum poſſeſſor bonæ fidei reſtituet, ſi aduertit, &c.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

co, qui non ſoluit legatum per multos annos: tenetur enim fructus etiã perceptos reſtituere.

## Vbi reſtitutio fieri debet.

*Bonæ fidei poſſeſſor vbi reſtituat, & Vbi poſſeſſor malæ fidei.*

SI reſtitutio eſt neceſſaria, propter rem alienam, quam quis, habet bona fide, fieri debet in loco vbi res habentur.

Si neceſſaria eſt reſtitutio ex iniuſta acceptione, reſtituatur vbi dominus rei ſeruetur indemnis: & ſi quis grauandus eſt, occupator grauetur, qui ſemper fuit in mora.

## De tempore reſtitutionis.

*Statim reſtituendũ*

*Statim hoc q̃uo intelligendũ*

TENETVR quidem ſtatim reſtituere, qui debet: includetur enim præceptum negatiuum, ſcilicèt, non tenere alienum. Tamen illud, ſtatim, ſic intellige; ut ſit paratus animo ad reſtituendum, quàm cito commodè poterit: quantum uerò

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

rò ad executionem, débet reſtituere congruo tempore, ſeruatis debitis circunſtantijs. Tria uerò poſſunt excuſare à reſtitutione ſtatim facienda. Primò, uoluntas domini concedentis dilationem. Secundo, ignorantia rationabilis iuris, uel facti. Tertio impotentia, de qua ſex conclusionibus continetur doctorum ſententia. Prima eſt, quòd exiſtés quis in extrema neceſſitate, nõ habens niſi neceſſaria uitæ ſuæ, & ſuorum, nõ tenetur reſtituere ſtatim: quæ omnia ſunt cõmunia tunc temporis. Secunda eſt, qui reſtituendo non poſſet uiuere, ſecundum decentiam ſui ſtatus, etiam ſi dominus rei, qui non eſt in tali, uel maiori neceſſitate, nolit dilationem dare, nõ tenetur ſtatim reſtituere: debet tamen cauere, ne expenſas faciat nõ neceſſarias: alioqui non excuſare tur, ſecundum rationem. Tertia eſt, quando reſtitutio eſt in damnum corporis, uel aïæ domini, ſi ſtatim fiat non debet fieri ſtatim. Quarta, ſi idẽ redundet in damnum, uel ſit contra bonum cõmune. Quinta, ſi probabiliter futurum eſt in damnum famæ, uel uitæ, uel animæ ipsius reſtituẽtis uel alterius: vel ſi ex hoc imminet periculũ de aliquo peccato mortali, nõ

*Quæ excuſant ad reſtituendũ ſtatim.*
*1.*
*2.*
*3. in quo ſex conſidera.*
*1. extrema neceſſitas.*
*2. Status conditio.*
*3. Dãnum corporis, vel animæ*
*4. Contra bonum cõmune.*
*5. Dãnum famæ animæ, vel corporis*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*vtriuſque.*
*6. Paruũ commodũ creditoris, & magnũ dãnum debitoris.*

debet fieri, niſi ceſſante tali periculo, quia hæc maiora ſunt damna, quàm ſtatim nõ reſtituere. Sexta, ſi reſtituere ſtatim redũdat in paruum cõmodum creditoris, & in magnum damnum debitoris; ut ſi opus eſſet artifici debitori uendere inſtrumenta artis, ex qua uiuit, ad reſtitutionem non tenetur: quia ſecundum rationem debet ei dari dilatio. Secus eſſet ſi creditor eſſet in ſimili caſu, quia nemo ut ſe commodet, alium debet incommodare: quòd ſi damnum non eſſet de proprijs, ſed potius quia careret lucro magno, non excuſatur à ſtatim reſtituendo. Nota etiã, quod ſi dãnoſa eſſet dilatio creditori, nec ſtatim reſtitueretur, ut euitaretur huiuſmodi magnum incommodum in proprijs, ſaltem ille indemnis ſeruari deberet.

*Nota.*

*Nota.*

*Nota bene.*

NOTA præterea, quod Confeſſarij non debent huiuſmodi pœnitẽtes abſoluere, antequàm in effectu reſtituant, ſi in alijs confeſſionibus abſoluti, neglexerunt reſtituere.

*Quando poſſet non reſtituens abſolui.*

QVOD ſi debitor non poteſt habere dilationem à creditore, qui non eſt in neceſſitate, & ipſe debitor põt reſtituere, tũc ſine magna incommoditate, tamen nõ uult, ſed paratus eſt

poſtea

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

poſtea reſtituere, quia credit ſe non benè poſſe, tunc poteſt abſolui, ſi promittat intra certum tempus reſtituere. quòd ſi poteſt, & ipſe in conſcientia ſcit ſe tũc poſſe, & non uult, nullo modo eſt ab ſoluendus; quia contritum non eſſe ſatis apparet.

## De ordine, & modo in ſatiſfactionibus tenendo.

QVI poteſt omnibus reſtituere, nõ neceſſe habet ordinẽ ſeruare. Sed omnibus ſtatim (ut dictum eſt) reſtituere. ſi omnibus nõ poteſt, prius certa, quã incerta reſtituantur, niſi incertũ huiuſmodi eſſet, ut certũ ſit quod nunquam fuit certorum creditorũ, ut calix: huiuſmodi enim ſine iniuria creditorũ pauperibus dari poſſunt. Inter bona certa prius reſtituẽda ſunt, quæ in propria ſpecie extant, & ſunt alterius: ut depoſita, & ẽt empta nõ ſoluta. Poſt huiuſmodi reſtitutionem, ſeruanda ſunt ſtatuta, & quod diſponitius ciuile (ſi non ſit cõtra naturale) & ſi uariæ ſint opinio-

*Certa priº ſunt reſtituenda.*

*Quando pauperibus.*

*Quæ in ꝓpria ſpecie primò ſunt reſtituenda.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

nes, ſecurior eſt eligenda.

*Quid faciat vſurarius in reſtituendo.*

Vsvrarivs ſi non habet tot bona, ut poſſit ſatisfacere alijs debitis licitè cõtractis, & vſuris, prius dẽt ſatisfacere debitis licitè contractis, ſi tamen adſint duæ cõditiones, prima vt non extent in ſpecie propria res uſurariæ, ut pignora: (ea enim debẽt reddi dominis reddentibus pecuniã) altera, ſi ex huiuſmodi contractibus licitis non fuit factus pauperior ad ſoluendas priores uſuras, ut in promiſſione dotis accideret: pauperior enim redderetur, &c.

*Bona incerta qũo reſtituẽda*

Si bona incerta ſunt, ſecundum cõſilium Confeſſarij poſſunt reſtitui qui ſi uiderit in magna miſeria debitorem, poterit diſpenſare, ut ſibi retineat; ut pauper Chriſti: ſi tamẽ hoc expedire iudicabit. Si enim crederetur liberior futurus propter hoc ad furtum, non expediret cum eo hac uti miſericordia.

*Nota.*

*In occultis reſtituendis, famæ ratio habenda.*

Occvlta cautè reſtitui oportet, ne lædatur fama: ſed publicæ uſuræ, publicè ſunt reſtituendæ: magis enim recuperatur fama per reſtitutionem.

*Fama qũo reſtituenda.*

Si quis alium uia iuris diffamauit iuſtè, non debet reſtituere: ſi iniuſtè, & falsò, reſtituat, dicendo, ſe fal-

ſum

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

ſum dixiſſe, uel tacuiſſe uerũ. Si iniuſtè, ſed non falsò (ut qui reuelauit peccatum uerum) dicendo ſe iniuſtè diffamaſſe aliquem, & malè feciſſe talia dicẽdo. Sed caueat, ne mentiatur, & attendat, quomodo dicat, ne fortè dum, reſtituit, magis infamet: tum enim nõ debet reſtituere, nec quãdo ſequitur maioris mali periculũ, quã ſit bonum famæ conſequuturum. Si fama non poteſt reſtitui, aliter debet recompenſari, & ſatisfieri de dãno ſequuto ex infamatione, ad boni hominis arbitrium. *Nota.* *Cum fama nõ poteſt reſtitui, quid agendum.*

EODEM modo de libellis diffamatorijs: & ibi debet fieri reſtitutio, ubi facta eſt infamatio publicè, vel ſecretò. Aduertẽdum eſt etiam, quòd quando infamatoria uerba dicta sũt illi, qui poterat prodeſſe, uel ſecundum ordinem iuris, uel correptionis fraternæ, uel quando talia non ſunt uerè diffamatoria, ut ſunt uenialia, uel poſſunt in utranque partem interpretari, uel non affirmatiuè dixit, uel quæ alia uia publica ſunt, nõ neceſſe eſt communiter reſtitutionẽ famæ facere. Hæc de reſtitutione ex bonis auctoribus collecta ſufficiant. Iam de cenſuris eccleſiaſticis quædam ſubiicientur. *De libellis diffamatorijs.* *Nota.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

## De excommunicatione.

*Propoſitio trimẽbris.* PRIVS de quibuſdam agetur, quæ faciunt ad cognitioné excommunicationis. Deinde de peccatis excommunicatorum. Demum de caſibus excommunicationis, ad ſingulos deſcendendo.

*Excommunicatio duplex.* *Minor.* *Maior.* EXCOMMVNICATIO duplex eſt: minor, & maior: minor excluſio eſt á participatione ſacramentorũ & ab electione paſſiua, quia inhabilé facit ad quodcunque beneficium Eccleſiaſticum, &c. Excommunicatio maior ſeparatio eſt à communione Eccleſiæ, quò ad fructum, ideſt ſacramenta, ſuffragia generalia, & participationem ſpiritualium.

*Vt quis excõicationem incurrat, actio cõſummata requiritur.* *Nota.* *Excõmu-* ADVERTENDVM eſt tamen quòd niſi consũmata sit actio, propter quam quis excommunicatur (licèt ſit incœpta) & niſi ſit agens ille ipſe, qui elicit actioné (quamuis imperet) non eſt excommunicatus: niſi etiam excommunicarentur dãtes cõſilium, fauorem, &c. & tunc niſi cõſequatur talis effectus, non ſubiacent excõmunicationi. Præterea, cum ex

com-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

communicatio non feratur, niſi propter peccatum mortale: qui ea eſt cō ſciētia, vt merito ſibi pſuadeat, quòd non peccauit mortaliter, nunquam incurret excōmunicationem à iure, quia ſentētia iuris nō eſt iniuſta. Effectus excommunicationis maioris (ut paulò diſtinctiùs explicentur) ſunt.

*Excommunicatio nō fulminatur, niſi ꝑ pter mortale.*

*Maioris excommunicationis effectus.*

PRIMO, priuari fructu, & participatione diuinorum: qualia ſunt ſacramēta, & intereſſe officijs diuinis, & ſi nō publicè ſint excōmunicari. Non tamē excludātur ab ingreſſu Eccleſiæ, nec ab audiédo verbo Dei.

2 Priuantur participatione bonorum operū Eccleſiæ, & orationum.

3 Excluduntur à Regno cælorum ſi iuſta eſt excommunicatio, uel etiā ſi iniuſta, & malè contemnitur.

4 Excluduntur ab actu ordinis cuiuſcunque: unde qui exequitur, fit irregularis.

5 Excluduntur à beneficijs eccleſiaſticis, quæ nec acquirere, nec alijs conferre poſſunt, nec de habitis fructus percipere, quandiu ſunt in mora petendæ abſolutionis: & qui annum perſeueraret integrum, ſuſpectū hereſis ſe redderet.

6 Excluduntur ab ingreſſu religionis, niſi prius abſoluantur.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

7 Ab electione Canonica, actiuè, & paſſiuè: quod extenditur etiam ad dignitatem laicam, vt Imperium, & Regnum.

8 Excluduntur ab executione officiorum, & vſu iuriſdictionis.

9 Etiam à ſpirituali poteſtate excluduntur, vt non poſſint ordinari, nec ordinare, niſi ſecreti ſint, & tolerati, quod etiam in octauo effectu, & ſeptimo intellige.

10 Ab omni actu legitimo: vt procurare, inſtrumenta facere, & ab alijs actibus, in quibus homines communicant, vt cohabitare, &c.

11 A ſepultura, in loco ſacro, &c.

*Excommunicatio licèt iniuſta timenda.*

Excommvnicatio, ab homine lata, licèt iniuſta; timenda eſt, & quęrenda abſolutio (dum non ſit nulla) & qui contemneret, mortaliter peccaret. Si autem nulla eſt, & non ſeruādo illam, non ſequitur ſcandalū nec timenda eſt, nec ſeruanda: debet autem caſus conſtare, ex quo ſententia ſit nulla, vt non timeatur: videlicet quòd lata ſit à non habente authoritatem, &c.

*Excommunicatio nulla ſeruanda aliquando ꝑpter ſcandalum.*

*Quomodo cognoſcatur lata*

In excommunicatione à iure, vel ab homine non eſt lata ſententia, ſed comminatio, cum dicitur, ſub pœna

excom-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

excõmunicationis,&c. Cognoſcitur quod ſit lata, ſi ſit per verbum præteriti temporis, vt cum dicitur, ſit excommunicatus. Aliqua etiam verba præteritis æquiualent, vt declaratoria, cum dicitur, decernimus excommunicationi ſubiacere, & eſt lata ſententia. Quod ſi verba ſunt diſpoſitiua, & ſonant in futurum, vt excommunicentur, nõ eſt lata, niſi addatur ipſo facto, vel quod vnda appareat, quod ſententia ſit lata. *ſnĩa in excõmunicatione, vel non.*

## De peccatis excommunicatorum.

*Excommunicatus minori excõmunicatione.*

EXCOMMVNICATVS minori excommunicatione, peccat, ſi ſe immiſceat participationi ſacramentorum actiuè, vel paſſiuè.

*Excommunicatus maiori excommunicatione.*

EXCOMMVNICATVS maiori excommunicatione, peccat primò, & mortaliter, immiſcendo ſe ſacramentis, & diuinis officijs.

SECVNDO, Peccat, ſi communicat cum alijs in actibus Eccleſiaſticis, de quib⁹ ſupra, cum de effectibus diceretur.

TERTIO, Peccat immiſcendo



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

ſe actibus humanis: & communiter prohibita hoc verſu ſignificari ſolẽt.

**Os.** *Os, orare, vale, communio, menſa, negetur.*

PER os, intellge colloquia, literas, nuncios, munera, oſcula, amicitiæ, &c.

**Orare.** PER orare, intellige ſacramenta, orationes publicas, & omnia ſpiritualia.

**Vale.** PER vale, ſalutationem conſuetam verbo, vel ſcripto.

**Communio.** PER communionem, cohabitare, vel aliquod exercitium commune habere cum excommunicato. Non ita ſi cohabitet, ſed pro diuerſo negocio. Poſſunt, & actus aliqui hic excludi, vt electionis, officij, & ſic de alijs.

**Menſa.** PER menſam, ſimul comedere, & dormire. Tamen huiuſmodi peccata, & mortalia cenſeri non debent, ſi abſit contemptus.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*De peccatis, quæ ab excommunicatione redundant in alios.*

PRIMO, participare cum excommunicatis in diuinis: Secundò, Admittere ad ſepulturam eccleſiaſticam: quod de excommunicatione publica intellige. Tertiò participare in crimine dãnato, uel propter quod quis excommunicatus eſt, & incurrit excommunicationem. Quartò, Communicare in humanis actibus prohibitis. Qui tamen participant non in contemptum nec credendo ex tali communione venturã eſſe ſententiam in contemptum, nec contra præceptoriam prohibitionẽ ſuperioris factam, peccant quidem, ſed venialiter.

*In cõmunicatione cum excõmunicatis, ſi abſit contemptus peccatur venialiter tantum.*

CASVS liciti in communicãdo extra diuina cum excommunicatis hoc verſu continentur.

*Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe.*

*Caſus in quibus poteſt cũ excommunicatis participari.*

VTILE, vtriq; parti intelligatur.

*Vtile.*

LEX, ad Matrimonium pertinet.

*Lex.*

HVMILE, ad ſeruos, filios non emancipatos, aut commenſales, famulos, &c.

*Humile.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*Res ignorata.*

Res ignorata, ad ignorantiam facti, & iuris extenditur.

*Neceſſe.*

Necesse ad violentiam, & indigentiam corporalem, & ſuſtentationem ipſius excommunicati. Intelligitur etiam neceſſitas damni vitandi, & ſpiritualis conſilij, metus, etiam cadens in uirum conſtantem.

## De caſibus excommunicationis.

*Minor excommun. quibus caſibus incurratur.*

Excommunicatio minor incurritur, participando cum excommunicato publicè, & nominatim, uel ob notoriam iniectionem manus uiolentæ in Clericum, & ab ea quiuis Confeſſarius poteſt abſoluere. De caſibus excommunicationis maioris breuiter dicetur, in duas partes diuidendo ſcilicet in eos, qui reſeruantur in bulla cœnæ, & in alios omnes, utcunque reſeruatos.

*Caſus quibus maior excom. mu. incurritur.*

*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

# RESERVATA IN BVLLA COENAE.

*Ex Bulla Gregorij. XIII. anni. 1576.*

PRimvs caſus, eſt in omnes, & ſingulos Hæreticos, eorum credentes, ipſorumq; receptatores, & fautores, & generaliter quoslibet defenſores: ac eorundem libros, ſciẽter quomodolibet defendentes. Nec non ſchiſmaticos, & eos, qui ſe à Romani Pont. obedientia pertinaciter ſubtrahere, ſeu quomodolibet recedere præſumunt.

*1. In hæreticos, & fautores eorũ, nec non ſchiſmaticos.*

Secundus, in appellantes à Romano Pont. ad uniuerſale futurum Cõcilium. Nec nõ in eos, qui auxilium, uel fauorẽ ad hoc ipſis præſtiterint.

*2. In appellantes à Pap. ad futurum Concilium.*

Tertius, in Pyratas, ac receptatores eorum, & eis auxilium ſcienter dantes uel fauorem. Et in rapientes bona naufragantium.

*3. In Pyratas, & rapientes bona naufragantiũ.*

Quartus, in imponentes noua pedagia, ſeu gabellas, & in augentes impoſita: prohibitaque exigentes.

*4. In imponentes noua pedagia.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*5. In falſificatores litterarũ, & ſupplicationum Apoſt.*

Quintus, in falſificatores literarũ, & ſupplicationum Apoſtolicarum, & mutantes ſupplicationes huiuſmodi ſignatas, & datatas, vel nomine Põtificis, aut Vicecancellarij, aut Datarij eas ſignare præſumentes, ſine Pontificis, vel Datarij licentia.

*6. In deferentes prohibita infidelibus, eoſq; de rebus Reipub. Chriſtianæ monentes.*

Sextus, in eos, qui equos, arma, quæuis metallorũ genera, atq; bellica inſtruméta, lignamina, funes & materiam ecrũ, & alia prohibita deferũt inimicis nominis Chriſti, q̃bus Chriſtianos impugnant; & in eos, qui de rebus Reipublicę Chriſtianæ ſtatum cõcernentibus in Chriſtianorũ damnum, inimicos religionis, per ſe, vel per alios certiores faciunt; illiſque conſilium præſtant.

*7. In impedientes, ne victualia ad vrbem deferantur.*

Septimus, in impedientes, ſeu inuadétes eos qui victualia, ſeu alia, ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria, adducunt: ac etiam, eos qui talia fieri faciunt, uel defendunt.

*8. In eos, qui venientes Romã, vel ibi cõmorantes offendunt.*

Octauus, in illos, qui ad Sedẽ Apoſtolicam uenientes, & recedétes ab eadem capiunt, ſpoliant, detinent morantes in eadem, aut verberare, mutilare, uel interficere præſumũt: vel qui talia fieri mandant.

*9. In eos qui peregrinos Ro-*

Nonus, in mutilantes, vulnerãtes interficiẽtes, capiẽtes, detinẽtes, ſeu

depre-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

dep̄dātes Romipetas,ſeu Peregrinos ad Vrbem cauſa deuotionis,ſeu peregrinationis accedētes,& in ea morantes, uel recedētes ab ipſa, & illis dantes auxilium, conſilium, uel fauorē.

*mam venientes offendunt.*

Decimus,in interficientes mutilātes,vulnerātes,verberātes, ꝑcutiētes capientes,carcerātes,detinentes,uel hoſtiliter inſeq̄ntes Cardinales, ac Patriarchas Archiep̄os,Ep̄os,Sediſq̄ Apoſtolicæ Legatos,uel Nūcios,aut eoſdē eijciētes à ſuis diœceſibus,territorijs,terris,ſeu dn̄ijs,eaq;mādātes uel rata habentes, ſeu præſtantes eis auxilium, conſilium,uel fauorem.

*10. qui in eos manus iniiciunt in S. R. E. Card. vel Prælatos ſeu Nuncios.*

Vndecimus,in illos,qui per ſe,uel alium, quaſcūque perſonas ad dictā Curiam ſuper eorū negocijs recurrētes,illaq;proſequētes,aut procurātes negociorumq; geſtores,Aduocatos, Procuratores ipſorū,ſiue etiā Auditores,uel iudices, ſup dictis negocijs deputatos,uerberāt,mutilāt,vel occidūt,ſeu bonis ſpoliāt; Vel qui per ſe, uel aliū, prædicta exequi,uel procurare, aut in eiſdem conſilium, auxiliū,uel fauorē præſtare non uerētur. Ac illos,qui literas Apoſtolicas,&in forma Breuis,ac etiā citationes, inhibitiones,ſequeſtra,monitoria, ꝓceſſus,executoriales,aliaq; decreta quæ

*11. In eos qui cauſarum, in Curia pendentium curſum, et litterarū Apoſtolicarū exequutionē impediūt, & perſonas eaſdē cauſas ꝑſequentes offendunt.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

cunq; à Pontifice, ſeu Legatis, Nũcijs Pręsidẽtib⁹, Camerę Apoſtolicę Auditoribus, & Commiſſarijs, aliiſq; Iudicibus, & delegatis Apoſtolicis emanata, & quæ pro tẽpore emanauerint ſimpliciter, vel ſine eorũ beneplacito cõſenſu, uel examine, executioni demãdari, aut ne Tabelliones, & Notarij ſuper huiuſmodi literarũ, & proceſſuũ executione, inſtrumenta, uel acta cõficere, aut cõfecta parti, cui⁹ intereſt, tradere debeãt, impediũt, uel ꝓhibent, aut impediri, uel ꝓhiberi ꝓcurant ac Notarios, Executores, & Subexecutores literarũ, citationum, monitoriorũ, & aliorũ ꝑdictorũ capiũt, carcerãt, & detinẽt, uel capi, carcerari, & detineri faciũt. Quin ẽt quibuſcũq; ꝑſonis in genere, uel in ſpecie, ne ꝓ quibuſuis eorũ negocijs ꝓſequendis, ſeu gratijs, uel litteris impetrãdis ad Romanã Curiã accedãt, aut recurſũ habeãt, ſeu gratias ipſas, uel litteras à dicta Sede impetrẽt: ſeu impetratis utãtur, directè, uel indirectè ꝓhibere, ſtatuere, ſeu mãdare, uel eas apud ſe, aut Notarium, ſeu Tabellionem, uel aliàs quomodolibet retinere præſumunt.

*12. In officiales, et Prælatos qui & ſpirituales cauſas.*

Duodecim⁹, in Cãcellarios, Vicecãcellarios, & Consiliarios quorũcunq;

Re-

Regũ,& Principũ,ac præſidẽtes Can
cellariarũ, cõſiliariorũ,& plamẽtorũ
necnõ Procuratores gñrales eorũdẽ,
uel aliorũ Principũ ſæculariũ,alioſq;
Iudices, tã ordinarios, q̃ delegatos,
necnõ Archiepõs,Epõs, Abbates,cõ
mẽdatarios,vicarios,&officiales,qui
ꝑ ſe,vel aliũ,bñficiales,& decimarũ,
ac alias ſpirituales,& ſpiritualib⁹ an-
nexas cauſas ab Auditorib⁹& Cõmiſ
ſarijs Põtificijs,alijſq; Iudicib⁹ Eccle
ſiaſticis auocãt;illarũuè curſũ, & au-
diẽtiã,ac ꝑſonas, cauſas ipſas ꝓſequi
volẽtes,impediũt,& ſe de illarum co
gnitione, tãquã iudices,interponũt,
vel aliàs executionẽlitterarũ Apoſto
licarũ, vel executorialiũ ꝓceſſuũ, ac
decretorũ p̃dictorum quomodolibet
impediunt,vel ſuum ad id fauorem,
conſilium, aut aſſenſum præſtant.

*Iudicibus Apoſtolicis auocãt & executionem litterarum, & mandatorũ Apoſtolicorum impediũt.*

Decimustertius,in eos qui ꝑſonas
Eccleſiaſticas trahũt,vel trahi faciũt,
vel ꝓcurãt directè,vel indirectè:Nec
nõ qui ſtatuta,ordinationes,cõſtitu-
tiones,pragmaticas, ſeu q̃uis alia de-
creta qũolibet fecerint,ordinauerint
& publicauerint,vel factis,& ordina-
tis vſi fuerit, vnde libertas Eccleſiaſti
ca tollitur,ſeu i aliquo lęditur,vel de
primitur, aut aliàs quouis modo re-
ſtringitur,ſeu Põtificis,& dictæ Sedis

13 *In eos qui perſonas eccleſiaſticas ad eorum tribunal trahunt et qui ſtatuta contra libertatem Eccleſiæ faciunt.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*15. In eos qui iuriſdictionẽ, et fructus Eccleſiaſticos vſurpant, & decimas aut taleas quaſcunq; perſonis Eccleſiaſticis imponunt aut exigunt, ac aſſenſum auxilium, vel conſilium præſtant.*

iuribus quomodolibet præiudicatur

Decimusquartus, in eos, q̃ Archiepiſcopos, Ep̃os, alioſq; ſuperiores, uel inferiores Prelatos, & oẽs alios quoſcũq; Iudices Eccleſ. ordinarios q̃uolibet impediunt, quominus ſua iuriſdictione eccleſiaſtica utantur.

Decimusquintus, in eos, q̃ iuriſdictiones, ſeu fructus, & redditus ad eccleſiaſticas pſonas, rõne Eccleſiarũ, &c. ptinẽtes, uſurpãt, uel ſequeſtrãt: aut collectas, decimas & alia onera p ſonis eccleſiaſticis, ac eorũ bonis, abſq; Romani Põt. ſpeciali, & exp̃ſſa licentia, imponũt, exigũt, aut impoſita etiã à ſpõte dãtibus, & cõcedentibus recipiũt, necnõ qui p̃dicta facere, exequi, uel pcurare, aut in eiſdẽ auxiliũ conſilium, uel fauorem, aut uotum, ſeu ſuffragium præſtant.

*16. In laycos, ſe intromittentes in cauſis capitalibus ſeu criminalibus cõtra perſonas Eccle.*

Decimusſextus, in quoſcũq; laycos quoquõ ſe interponẽtes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus cõtra pſonas Eccleſiaſticas, illas capiẽdo, pceſſando, ſeu ſentẽtias cõtra illas pferẽdo, uel exequẽdo, ẽt prętextu quorũcũq; priuilegiorũ, à Sede Apoſtolica ex quibuſuis cauſis, ac ſub quibuſcũque tenoribus, & formis in genere, & ſpecie conceſſorum.

Decimusſeptimus, in eos, qui occu-



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

pare, detinere, vel deſtruere, aut inuadere hoſtiliter p̃ſumũt in totum, uel in partẽ Almã Vrbẽ, Regnum Siciliç Inſulas Sardiniç, & Corſicç, terras citra Pharũ, Patrimoniũ Eccleſ. & alias Ciuitates, terras, & loca, uel intra ad ipsã Romanã Eccleſiã ꝑtinẽtia, quiuè ſupremã iuriſdictionẽ in illis eidẽ Romanç Eccleſiç cõpetẽtẽ, de facto vſurpare, ꝑturbare, retinere, & uexare p̃ſumũt: Necnõ adhærẽtes, fautores, & defẽſores eorũ, ſeu illis auxiliũ conſiliũ, uel fauorẽ qũolibet p̃ſtãtes. *17. In eos qui Terras ſeu iura Eccle. Rom. occupant, vel inuadũt.*

Decimusoctauus, in eos, qui ſupellectilia, libros, ſcripturas, & bona Cameræ, & Palatij Apoſtolici, ex eodẽ Palatio ablata, infirmitatis Rõ. Põt. aç Sedis Apoſtolicæ uacationis tp̃re rapiũt, & illa quocũq; titulo detinẽt. *18. In raptores bonorum Palatij Apoſtolici.*

Additur poſtremò de ijs, qui cõtra tenorẽ p̃ſentium, aliquos abſoluere p̃ſumpſerint, niſi in articulo mortis, & tũc p̃ſtita cautione de ſtãdo S. R. Eccle. mãdato, uel ſatisfaciẽdo, &c. *In abſoluẽtes trãſgreſſores.*

Mãdat inſuper Sũmus. Pont. in uirtute ſanctæ obediẽtiæ, uniuerſis curã animarũ exercẽtibus, ac Cõfeſſarijs oĩbus, ut trãſumptũ harũ litterarũ penes ſe habeãt, legãt, diligẽter examinẽt. Et hçc hactenꝰ de Bulla Cœnæ, ĩ qua fuſiùs hçc videbũtur. Et qa quo- *Curã animarũ habentes ac cõfeſſarij Bullã habere debẽt*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*Extra de hæret.li. 6.c.vbi inquiſitionis, ex cã. Epiſc. ſi faciunt prædicta, vt faueant hæreticis.*

tannis ea ſolet innouari, curandum eſt, ut ſingulis annis ab ordinarijs, vel alia via inquiramus, an aliquid in ea innouatum fuerit nec ne.

# DE ALIIS CASIBVS excommunicationis.

*Non reſeruatis in Bulla cœnæ Domini.*

*Papal. in Bulla Cœnæ ſecũdũ Caet.*

PRIMO, excõmunicantur domini, ſeu rectores, vel officiales eorum, circa negocium inquiſitionis contra hæreticos deficientes, & omnes, qui in hoc dederint conſilium, auxilium, uel fauorem.

*Clem. de hæret. c. multorum Papalis.*

Secundò, Inquiſitores, & officij inquiſitionis executores, qui procedere omittunt contra hæreticos, cõtra ſuam conſcientiam, & iuſtitiã, uel falsò hæreſim imponunt, vel quòd officium ſuum impediant: eſt Pap.

*Cle. de hæret. c. Nolentes ante ſatiſfactionem Papalis. poſt Epiſcopalis.*

Tertiò, Inquiſitores, & Commiſſarij eorũ, uel Eporum, ſiue capituli ſede vacãte, qui pecuniã, prætextu officij inquiſitionis, modis illicitis extorſerint, aut ſcienter, occaſione dicti officij, eccleſiæ bona ad fiſcum, etiam eccleſiæ, ob delictum Clerici, applicare attentauerint.

*In extrauag. Io. 22. c. Sancta. Rom. Epalis.*

*De relig. c. 1. Epiſc.*

Quartò, Qui pſeuerãt, uel aſſumũt

ſtatum

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

ſtatum, vel ſectam fraticellorum, biſochorum, beghinorum, & prælati, qui eis concedunt.

Quintò mulieres ſtatũ beghinat⁹ſe ctãtes, uel de nouo aſſumẽtes, ac religioſi eas admittentes, vel præbentes conſilium, auxilium, uel fauorem.

Sextò, Qui præſumptuosè uolunt ordinationes ab Octauiano, & Guidone factas, ratas eſſe.

Septimò, Qui de tertię partis Cardinaliũ nominatione cõfiſus Papæ ſibi nomẽ uſurpat, & qui ipſum recipiunt, & qui à paucioribus, quàm à duabus partibus Cardinaliũ electus gerit ſe pro Papa, niſi maior concordia interceſſerit.

Octauò, Qui in clericũ uel monachũ manus uiolentas iniiciũt, & non ſolùm executor intelligitur, ſed qui mandat, cõſulit, dat auxiliũ, fauorẽ, cõſenſum: Et qui ratũ habet, poſt factum, ſi nomine ipsius factum eſt, & regulariter in grauibus Papalis eſt.

Nonò, Inſequẽtes Cardinales, uel manus uiolentas in eos iniicientes. Item dñi temporales, uel eorum officiales, qui contra huiuſmodi, conſtitutionem Bonifacij.c. Fœlicis. non fecerint ſeruari intra menſem à die notitiæ computandum.

*Beghinæ hic non dicuntur q̃ à nuptiijs abſtinent in ſua puritate Deo famulari cupientes: ſed aut infideles, de quibus. Cle.de Hæret.c. Ad noſtrum: aut ſuſpectæ de fide vt in hac Decretali inſinuatur.*

*Extra de ſchiſmate. Extra de elec.c.licet. Epiſ. ſecl. ſchiſ.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Decimo, Qui Epiſcopum pcuſſerit, cœperit, bãnierit, vel id mãdauerit, ratificauerit, cõſulerit, fauerit, ſocius fuerit, uel ſciẽter defẽderit, Idẽ de officialibus ciuitatis, q aliq̃d horũ cõtra Epũm ſuum cõmiſerunt culpabiliter; & ex parte excõmunicatio hæc reſeruatur in Bul la Cœnæ.

Vndecimò, Qui quẽpiã Chriſtianorum p q̃dã genus hominũ (quos uocant Aſſaſſinos) interfecerit, uel interfici mandauerit, quamuis mors non ſequatur, aut eos receptauerit, defenderit, uel occultauerit.

Duodecimò, Qui uictualia deferũt uel quæuis mercimonia tẽpore belli ad infideles, & quouis tẽpore, ſi deferunt in Alexandriam, uel alia loca ſarracenorum Aegypti.

Decimotertiò, qui effringunt, & ſimul ſpoliãt loca ſacra. & papa lis eſt poſt denunciationem.

Decimoquartò, qui Chriſtianos naufragantes rebus ſuis ſpoliant, niſi redderint.

Decimoquintò, Cardinales, qui ſede uacante conſtitutioni de electione Rom. Pont. præter ſymoniã faciendam contrauenire præſumpſerint, & eſt Papalis.

Decimoſextò, Qui ab ordinatio-

nibus

*Clẽ. de pœ. cap. ſi quis Papalis eſt in Bulla Cœnæ, Caſu. 10. Innocen. de homic. lib. 5. c. p Epiſcopo. De Iudæ. & Sara. lib. 5. c. ad liberandũ, in extrauag. Greg. Nicol. et ĩ pceſſu Cœnæ Domi. Caſu. 6. extra d ſent. excõ. c. cõ q̃ſtus. &c. Tua nos Papalis poſt denũciationem In Cõc. Later. d rap. c. excõ. papalis in Bul. Cœnæ à Caſu. 3.*

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

nibus,ſentẽtijs,ſeu mandatis Romanorum Põtificũ, ad futurũ cõcilium appellant,aut qui ad hoc fauoré,cõſiliũ,auxiliũ dederint,vel aliorum dicta approbauerint,&c. Papalis eſt.

Decimoſeptimò, Qui literarum Apoſtolicarum falſarijs fauẽt, & layci, qui talibus litteris falſis utuntur, & eſt Papalis.

Decimooctauò, impugnãtes litteras electi in Papã, anteq coronetur.

Decimonono, Qui Eccleſ. libertaté offendũt,faciédo ſeruari ſtatuta & cõſuetudines introductas contra eam,niſi intra duos mẽſes, poſt publicationem ſentẽtiæ, de capitularibus fecerint amoueri, & ſtatuarij, ſcriptores,poteſtates, cõſules rectores, conſiliarij, & qui ſecundum ea præſumpſerint iudicare, uel in publica forma ſcribere iudicata.

Vigeſimò, Qui repreſalias aduerſus perſonas Eccleſiaſticas, ſeu bona ipſorum concedũt,uel extendunt ad eas,niſi intra mẽſem reuocauerint.

Vigeſimoprimò, qui perſonas Eccleſiaſticas ad ſubmittédũ Eccleſias, bona illarum immobilia, uel iura illarũ (in caſibus non permiſſis à iure) layci, compulerint, uel uſurpauerint ex huiuſmodi contractibus, etiã

*Iul.2.ĩ extrauag.c. cũ tã diuinũ papal. Iul.2.ĩ extrauag.c. ſuſcepti regi Papal. nũc in Bu. Cœnæ. Caſu. 2. Extra de cri. fal. c. Ad falſariorum. Papa.iuxta Caet. Nũc autẽ ipſi falſarij excommunicantur in Bulla Cœnæ. Caſu. 5. Benedict. II.in extrauag. Epalis. Hono.III de ſent. ex cõ.c. Nouerit. Papalis, ex*

licitè

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

licitè factis aliquid, nisi legitimè moniti reſtituerint, &c.

Vigesimoſecundò, Qui quaslibet perſonas Eccleſiaſticas, ad quas ſpectat electio in monaſterijs, uel pijs locis, uel conſanguineos earũ, aut ipſas Eccleſias, uel cætera loca, grauauerint, ſpoliãdo, uel aliàs iniuſtè perſequẽdo, ꝑ eo, quòd noluerunt eligere perſonam, ad cuius electionem inducebantur.

Vigesimotertiò, Qui impediunt litigantes in quouis foro Eccleſiaſtico etiam extra curiã, in cauſis, quę de iure ad dictũ forũ pertinẽt, uel consiliũ auxiliũ, fauorem ad hoc præſtant.

Vigesimoquartò, Qui dant alicui licẽtiã occidẽdi, uel grauãdi in perſonis, uel in bonis ſuis, uel ſuorũ aliquẽ pro eo, quòd ſententiã excommunicationis, ſuſpensionis, uel interdicti protulerit, uel eum, cuius occasione fuerit prolata, uel obſeruantes eaſdẽ ſentẽtias, uel sic excõmunicatis cõmunicare nolẽtes, nisi re integra licẽtia reuocetur, uel si ad bonorũ captionẽ, occasione ipsius licentiæ sit proceſſum, nisi bona ipſa fuerint intra ſeptem dierũ ſpatiũ reſtituta, aut ſatisfactio pro ipsis impẽſa. Item qui vtuntur dicta licẽtia ad aliquid præ-

*proceſſ. Greg. x. de reb⁹ eccl. nõ alie. c. Hoc cõſultiſſimũ, li. 6. Epiſc. nunc aliqua ex p. eſt in Bul. Cœ. Caſu. 15. Greg. de elec. c. ſciãt cunctĩ, lib. 6. Epiſcop. Extra, de immu. ecc. lib. 6. c. Quoniam Epiſc. poſt ſatisfactionem. Pro eo tamen, quo quis Apoſtol. litteras impediret contra ꝓceſsũ Cœnę Domini. Caſu. 14.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

miſſorũ, uel motu proprio id cõmittunt, & poſt duos menſes reſeruatur Sedi Apoſtolicæ.

*Bonifac. 8 de immu. eccl. lib. 6. c. libertatis.*

Vigeſimoquintò, Domini temporales interdicentes ſubditis, ne perſonis eccleſiaſticis uẽdant, emant, aut alia obſequia exhibeant.

*Ep̃alis.*

Vigeſimoſextò, Qui regalia, cuſtodiam ſiue guardiã, uel titulũ aduocationis, uel defenſionis in locis pijs vacãtibus de nouo vſurpare conãtes bona eccleſiaſtica occupare præſumũt, & perſonæ eorundẽ piorum locorũ, quæ hoc fieri procurant.

*Bonifac. 8 elec. generali lib. 6 Ep̃alis, et aliqua ex parte eſt in Bulla Cænæ. Caſu. 15.*

Vigeſimoſeptimò, Qui fecerit contra ſtatutum Alexandri 4. qui Eccleſias, & perſonas eccleſiaſticas ad pedagia, & guidagia ſtatuit non teneri.

*Extra de cẽ. li. 6. c. Quãquã Ep̃alis p̃miſſa plenaria ſatisfactione.*

Vigeſimooctauò, Cõſules, rectores & qui poteſtatẽ habere uidẽtur, cum fautoribus ſuis, qui onera impoſuerint & angarijs afflixerint perſonas eccleſiaſticas, & euacuauerint iuriſdictionẽ, & auctoritatẽ prælatorũ, ita ut nihil poteſtatis tẽporalis in ſuos uideatur eis remansiſſe, si cõmoniti desiſtere noluerint, & ſucceſſores eorum in officijs, nisi intra mẽſem à ſucceſſione computandum ſatisfecerint.

*Extra de immu. eccl. c. Non minus. Ep̃alis. p̃miſſa ſatisfactione.*

Vigeſimononò, Qui reuocationẽ excommunicationis, &c. uel abſolu-

tio-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

tionem, ui, uel metu extorquent.

Trigeſimò, Offendétes eccleſiaſticam libertatem in clauium officio, claudentium diuinum cultum excõmunicatis, & interdictis, eſt Papalis.

Trigeſimoprimò, impediétes ſequeſtrationem beneficij, per loci ordinarium factam, una diffinitiua ſententia contra poſſeſſoré promulgata, vel fructus ſequeſtratos quoquo modo occupare præſumentes.

Trigeſimoſecundò, Impedientes monialium, aut canonicarum ſecularium uiſitatores in ſuo officio, niſi moniti reſipiſcant.

Trigeſimotertiò, Sepeliétes ĩ loco ſacro hæreticos, & eos, q deliberatè adhærent eis, ac receptores eorum.

Trigeſimoquartò, Qui cęmiterijs, tẽpore interdicti, quoſcunq; in caſib⁹ non cõceſſis, aut excõmunicatos publicè, uel nominatim interdictos, uel manifeſtos uſurarios, ſciẽter ſepelire pſumunt non ſine contẽptu clauiũ.

Trigeſimoquintò, Qui ſcienter in gradibus prohibitis cõſanguinitatis, aut affinitatis, uel cũ monialibus, uel qui in religione, aut ſacris conſtituti, matrimonium contrahunt.

Trigeſimoſextò, Simplices religioſi qui decimas Eccleſijs debitas uſurpa

*ne. nunc in Bulla. Cœn. Caſu. 15. Greg. extra, de ijs, quæ vi, met. lib. 6. c. 1. Epiſc. nunc videtur cõtineri in Bul. Cœn. Caſu. 12. In Clem. de ſent. excom. c. Grauis. Papalis. Extra de ſequeſtr. c. 1. Epalis amoto impedimẽto & reſtitutis occupatis: alioqui nullatenus abſoluendus In cle. de*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

re prẹſumunt,&c. niſi poſt requiſitionem deſiſtant à prẹmiſſis intra menſem, & damnificatis Eccleſijs emendam, intra duos menſes faciant.

Trigeſimoſeptimò, Religioſi, & clerici ſeculares inducentes alios ad vouẽdũ,ꝑmittẽdũ,ut ſepulturas apud ſuas Eccleſias eligãt, uel iã electas, ulterius non immutent, eſt Papalis.

Trigeſimooctauò,Religioſi de clauſtris,ad audiẽdas leges,uel medicinã exeuntes,& intra duos mẽſes ad clauſtrum non redeuntes,& ꝑsbiteri, ac alij clerici perſonatus habẽtes, intra prẹdictum ſpatium,ab huiuſmodi audiendis,non deſiſtentes.

Trigeſimononò, Officiales cõmunitatũ, aut poteſtates uſuras qbuſdã ſtatutis fouentes,& iudicãtes, ꝙ ſoluantur uſuræ,uel quòd cum ſolutæ repetuntur, non reſtituantur,&c.

Quadrageſimò, clerici minores Epiſcopis, qui in terris ſuis permittunt publicos uſurarios alienigenas, ad fœnus exercendum, domos conducere, uel aliàs habitare, & nõ expellũt intra tres mẽſes, de cętero nõ admiſſuri,uel eis locãt,uel alio quouis titulo cõcedunt domos ad fœnerãdum, uſurariæ prauitati fauentes.

Quadrageſimoprimò, qui Vrbis

*ſtat. mon. c. Attendentes. Ep̃alis. De hære. lib. 6. c. Quicũq;. Abſolutionis beneficiũ nõ merentur, niſi proprijs manibus publicè extumulẽt, & proijciant. Ep̃alis. Extra, de ſepul.c.1. Epiſc. ꝑmiſſa ſatiſfactiõe. Clem.5.de cõſang. & affin. c.1. Ep̃alis. In cle. de deci.c.Re. c. funda-*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*mēta. Papalis.*
*De ele. lib. 6. c. vbi periculum*
*Epal. Extra, de ele. li. 6. c. vbi periculū.*
*Epalis.*
*Bonif. de Exceſſ. plat. ca. 1.*
*Epalis.*
*Innoc. 3. de ſent. exc. c. Nuper.*
*Epalis, ſi cōditor canonis non reſeruauit abſolutionem.*
*Cle. 3. de ſent. excō. c. ſignificauit. Papa.*
*Extra, de Iudicio.*

Ro. dignitates, ſeu officia uſurpant.

Quadrageſimoſecundò, Dominus & alij rectores, & officiales ciuitatis, in qua Papæ electio celebrãda eſt, ſibi iniuncta diligenter non adimplẽtes, aut fraudem in eis cõmittentes.

Quadrageſimotertiò, Mittentes ſcriptum, vel nuncium Cardinalibus in cõclaui exiſtentibus, uel alicui ipſorum ſecretò loquentes.

Quadrageſimoquartò, religioſimẽdicãtes, qui ad habitãdũ domos, uel loca quæcũq; de nouo recipiunt, uel recepta mutãt, uel in alios transferũt quocunq; alienationis titulo.

Quadrageſimoquintò, Sciẽter cõmunicantes, auxiliando, fauẽdo, uel cõſulendo ei, qui nominatim excommunicatus eſt in crimine, ꝓpter qđ excommunicatus eſt.

quadrageſimoſextò, Clerici, q ſciẽter, & ſpõte recipiunt ad diuina excõmunicatum à Papa: & eſt Papalis.

Quadrageſimoſeptimò, Qui fictionem, ſeu fraudem committunt ad hoc, ut iudex perſonaliter uadat ad mulierem, pro teſtimonio.

Quadrageſimooctauò, Pars, quę ꝓcurat, ut de alijs, quã de manifeſtis iniurijs, ſeu violẽtijs cõſeruatores ſe intromittãt, uel ad ea, q̃ iudicialẽ in

dagi-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

daginé exigũt, ſuã extẽdãt poteſtaté.

Quadrageſimononò, Religioſi temere habitum ſuum dimittentes uel ad q̃uis ſtudia ſine debita licẽtia, accedentes; & doctores, qui religioſos, habitu ſuo dimiſſo, leges, uel medicinam ſcienter docere, aut in ſcolis ſuis retinere præſumunt.

Quinquageſimò, Simplices monachi, & Canonici regulares ad curias principum ſe cõferẽtes, ut dãnũ aliq; inferãt ſuis p̃latis, aut Monaſterio.

Quinquageſimoprimò, Monachi intra ſepta Monaſterij, ſine licentia Abbatum ſuorum, arma tenentes.

Quinquageſimoſecundò, Religioſi parochiale officium circa extremã unctioné, euchariſtiã, matrimoniũ, & abſolutioné excõmunicatorũ, a canone, & ſtatutis p̃uincialibus, vel Synodalibus, uel etiã à culpa, & à pœna uſurpantes, eſt Papalis.

Quinquageſimotertio, Religioſi, q̃ p̃ferũt aliqua, ut audiẽtes retrahãt a ſolutiõe decimarũ, eccleſijs debitarũ

Quinquageſimoquartò, Religioſi ſuſpẽſi ab officio prędicationis, quòd ſciẽter poſtpoſuerint cõſciẽtiã facere cõfitẽtibꝰ, de nõ ſolutis decimis Eccleſijs debitis, ſi dicta negligẽtia nõ purgata, prædicare præſumunt.

*c. Mulieres. Ep̃alis. Extra, de off. deleg. c. Hac conſtitutione. Ep̃alis. p̃miſſa integrali ſatisfactione. Extra, de cler. vel mõ c. vt periculoſa Ep̃alis. Extra, de ſta. mon. c. Ne in agro. Epiſcop. Ibidem. Ep̃alis. Extra, de priuileg. c. Relig. Papalis. Extra, de pœnis lib. 6. c. cupiẽtes. Ep̃al.*

Quin-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*In cle. de ſent. excõ. c. Ex frequentib⁹. Ep̃alis. Extra, de ſent. exc. lib.6.cap. Eos.*

Quinquageſimoquintò, Religioſi non ſeruantes interdictum, uel cẽſſationem à diuinis, quã ſeruat matrix eccleſia, ſi ſit localis, ac generalis.

Quinquageſimoſextò, qui ꝓpter legitimum impedimẽtum abſoluti à ſentẽtia canonis, uel hominis ab eo, q de iure abſoluere nõ poterat, cõtẽnunt, quã primũ cõmodè poſſunt, ei, à quo de iure erãt abſoluẽdi, ſe p̃ſentare; & abſoluti à Papa, uel ipſius Legato; quibus iniunctum, eſt, ut irẽt ad ordinarios, uel aliquẽ alium ꝓ pœnitẽtia, & ut ſatisfacerẽt iniuriã paſſis, ſi hæc q̃primum poterunt nõ curauerint adimplere: & eſt Papalis, uel Epiſcopalis, ut prior inquam reincidit.

*In extrauag. de ſep. c. Deteſtandæ Papalis.*

Quinquageſimo ſeptimò, Qui in locis Chriſtianorum corpora defunctorum ad alia loca transferenda, exenterare, ac inhumaniter, & crudeliter pertractare, uel pertractari facere præſumunt, eſt Papalis.

*Mart. V. in Conc. Cõſtant. Papalis.*

Quinquageſimooctauò, Qui dãt, & recipiunt aliquid ſymoniacè in ordine, uel beneficio, uel mediatores fuerint, uel procurauerint, ut huiuſmodi fiat ſymonia, eſt Papalis.

*Vrba. V. in extrauag.c. Ianè ne in vinea.*

Quinquageſimononò, Qui aliquid ex pacto dat, aut recipit, pro ingreſſu religionis, eſt Papalis.

Sexage-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Quinquageſimoquintò, Religioſi nõ ſeruantes interdictum, vel ceſſationem à diuinis, quam ſeruat matrix eccleſia, ſi ſit localis, ac gñralis.

*In cle. de ſent. exc. c. Ex frequentib. Ep̃alis.*

Quinquageſimoſextò, qui ꝓpter legitimum impedimentũ abſoluti à ſententia canonis, vel hominis ab eo qui de iure abſoluere nõ poterat, cõtemnũt, q̃primum cõmodè poſſunt ei, à quo de iure erant abſoluendi, ſe præſentare; & abſoluti à Papa, uel ipſius Legato, quibus iniunctum eſt, vt irent ad Ordinarios, vel aliquem alium ꝓ pœnitentia, vt ſatisfacerent iniuriam paſſis, ſi hęc quamprimum poterunt nõ curauerint adimplere, & eſt Papalis, vel Epiſcopalis, vt prior inquam reincidit.

*Extra. de ſent. exc. lib. 6. ca. Eos.*

Quinquageſimoſeptimò, Qui in locis Chriſtianorum corpora defunctorum, ad alia loca trãsferenda, exterrare, ac inhumaniter, & crudeliter pertractare, uel pertractari facere præſumunt, eſt Papalis.

*In extrauag. de ſep. c. De teſtandæ Papalis. Martinus V. in Cõc. Conſtant. Papalis.*

Quinquageſimooctauò, Qui dãt & recipiunt aliquid ſymoniacè in ordine, vel bñficio, vel mediatores fuerint, uel procurauerint, ut huiuſmodi fiat ſymonia, eſt Papalis.

*Vrba. V. in extrauag. c. ſanè ne in vinea. Papalis.*

Quinquageſimononò, Qui aliq̃d ex pacto dat, aut recipit, ꝓ ingreſſu



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

religionis, eſt Papalis.

Sexageſimò, Religioſi, qui ex ordinibus mendicantium, ad aliquem monaſticum ordinem (p̄ter Cartuſienſem) abſq; ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali conuolant, & qui ipſos recipiunt, eſt Papalis.

Sexageſimoprimò, Qui bona eccleſiaſtica alienant, & alienata recipiunt.

Sexageſimoſecundò, Sacerdotes officium vicecomitis, aut p̄poſiti ſæcularis habentes, & poſt monitionem emendare nolentes.

Sexageſimotertiò, Qui aſſerere p̄ſumunt, tenentes beatā Virginem ab originali peccato fuiſſe p̄ſeruatā hæreſim, aut peccatum mortale incurrere, & vice verſa, eſt Papalis.

Sexageſimoquarto, Impedientes Legatos, vel Nuncios Apoſtolicos, ne recipiantur, & faciant ea, ad quæ miſſi ſunt.

Sexageſimoquinto, vocati ad dirigendas moniales in electionibus faciendis, qui non abſtinent ab his, vnde poſſit oriri diſcordia, uel nutriri in ipſis electionibus.

Sexageſimoſexto, Qui ordini prędicatorum, aut minorum contumeliam; aut iniuriam faciunt, intrando

*Marti. V. in extrauag. c. viā ambitiosè. Papalis.*
*Paul. II. in extrauag. c. ambitiosè. Ep̄alis.*
*Extra, ne cle. vel mo. c. clerici, Ep̄al.*
*Sixtus 4. in extrauag. c. Graue nimis. Papalis.*
*Io. 22. in Extraua. c. ſuper gē tes. Ep̄alis quantum ad hunc canonem extra, de cle. c. indēnitati*

mona-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

monaſteria monialium, in caſibꝰ nõ cõceſſis, vel libellos in infamiam ſtatus ipſorum edendo, detinendo, uel publicãdo, vel docendo, ꝙ non ſunt in ſtatu perfectionis, & ꝙ non liceat eis de eleemoſynis viuere, uel p̄dicare, vel cõfeſſiones audire de licentia Papæ: vel exercendo violentiã in loca ipſorum, vel detinendo in Eccleſijs ſuis apoſtatas eorum, & eos reijciendo à conſortio vniuerſitatis Pariſienſis, & Papalis, eſt, vel Generalibus, aut conſeruatoribus horum ordinum ferè reſeruata.

*tib. li. 6. Ep̄al. Alexand. ĩ p̄uilegio. Ex alto, & in alio non ſine multa. Itẽ Bonif. in priuilegio Virtute. Abſolutio Papę, vel Generali ordinis reſeruatur.*

Sexageſimoſeptimo, Cardinales Ro. eccleſiæ reuelantes aliq̃d in cõſiſtorio vetitum à Papa, vnde aliquid præiudicij, uel ſcandali naſcitur.

Sexageſimooctauo, Qui librum, aut quancunque ſcripturam imprimere, ſeu imprimi facere p̄ſumunt niſi prius in Vrbe per vicarium, & ſacri palatij Magiſtrum: in alijs verò diœceſibꝰ per Epiſcopum, uel alium peritum ab eo deputatum, & ab Inquiſitore.

*Leo. 10. in 9. ſeſſ. Concilij Lateranen. Papalis. Idem, ibidẽ, in 10. ſeſſ.*

Sexageſimonono, Qui in ſuis prædicationibus ad populum, miracula falſa, aut incerta, vel ꝓphetias, quæ ex ſacra Scriptura non cõſtant, prædicare, uel Eccleſiæ prælatis detra-

*Idem, ibidem, in 11. ſeſſ.*

G 2 here

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*Hic caſus cõtinetur in lib. pœnitentiariæ Summi Pontificis, vt refert Arch. ſe vidiſſe. lege Sylu. excõm. 7. num. 91.*

here auſi fuerint.

Septuageſimo, Accedentes ad dominicum ſepulchrũ ſine licẽtia Pap.

Septuageſimoprimò, Qui audiũt ſcienter legi libros hęreticorum: & Inquiſitorib⁹ abſolutio reſeruatur. Sunt, & alię excõmunicationes, quę non videntur in vſu eſſe, uel nõ ſunt generales, ſed quęin hac, vel illa diœceſi uigent, & Cõfeſſarij (præſertim qui facultatem ab eis abſoluendi nõ habent) debent curare, ut eas nouerint, quæ ligant, ubi ipsi confeſſiones audiunt. Sed dicta de casibus ex cõmunicationis ſufficere uidentur, ut ſi qui occurrerint, agnoſcantur. Qui fuſiorem tractationem requiret: ad canones, uel alios auctores, ei recurrere, uel certè peritiores cõſulere licebit.

## De ſuſpenſione.

*Suſpenſio quid ſit.*

SVSPENSIO Eſt cenſura Eccleſiaſtica, inhabilitans ad executionem ordinum, officiorum, uel iuriſdictionis, ex aliquo impedimento proueniens, & ex inſtitutione eccleſiæ habet robur: & quamuis pœna ſit potius, quàm culpa, communiter tamen propter peccatum incurritur.

Qui

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Qui ſuſpenſus eſt à Pontificalib⁹, nõ poteſt, quæ ſunt Pontificalia: qui ab ordine tantùm, nõ poteſt ea, quæ ſunt ordinis: ſi à iuriſdictione tãtum, non poteſt, quæ ſunt iuriſdictionis: ſi ab utroque, neutrum poteſt. *Suſpenſus à Pontificalib. Ab ordine. A iuriſdictione. Ab vtroque.*

Si eſt ſuſpenſus ab officio, & beneficio, non poteſt agere nomine proprio, tanquam beneficiatus. nec debet habere redditus, licèt mediocrẽ ſuſtentationem habere poſſit, ſi aliũde non habeat, unde uiuat. *Suſpenſus ab officio, & beneficio.*

Suſpenſus à iure, etiam ꝓpter defectum corporalem, uel ab homine, debet abſtinere ab officio, etiam poſt contritionem, & confeſſionem, quo uſque relaxata fuerit ſententia; aliàs ſuſpenſus à diuinis, uel officio, uel celebratione, ſi contrafaciat, mortaliter peccat. *Suſpenſus à iure. Suſpenſus ſi cõtrafacit, mortaliter peccat.*

Cùm minora interdicuntur, maiora intelliguntur interdicta: non uice uerſa; ut ſuſpenſus à ſubdiaconatu, interdicitur à ſuperioribus ordinibus, non è contrario. *Minorib. ſuſpenſis ſuſpendũtur & maiora: non contra.*

Quicunque poteſt cogere per cenſuram Eccleſiaſticam, poteſt ſuſpendere, & excõmunicare, & interdicere: & qui poteſt excõmunicari, poteſt ſuſpendi: & debet fieri in ſcriptis ſuſpenſio, monitione ꝑmiſſa, quando *Suſpendere quis poſſit, & qui ſuſpendi.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*Suſpenſio quãdo debeat fieri in ſcriptis & monitione præmiſſa: q̃do non.*

fit propter contumaciam: non autẽ ſi feratur in pœnam delicti cõmiſſi.

*Conditioni in ſuſpẽſione appoſitæ ſi ſatiſfiat, tollitur & ſuſpenſio.*

Quando in ſententia ſuſpẽſionis dicitur, donec ſatisfecerit, &c. aduueniente conditione, non indiget alia relaxatione, ſicut excommunicatio.

*A ſuſpenſione à iure quis poſſit abſoluere.*

Suſpenſus à iure poteſt ab Epiſcopo abſolui, niſi canonis conditor ſibi reſeruet, uel niſi ſit ſuſpenſus propter peccatum, à quo nõ põt ipſe abſoluere. Si uerò ab homine ſentẽtia eſt inflicta, abſoluat, qui eam tulit, uel ſuperior: & abſolutio fit ſolo uerbo; ut reuoco, uel remoueo, uel abſoluo à tali ſententia; quia non habet propriam formam.

*A ſuſpenſione ab hoĩe quis abſoluit. Abſolutio à ſuſpẽſione quibus verbis fiat*

*caſus. in quibus incurritur ſuſpenſio.*

Caſus permulti ſunt, in quibus incurritur ſuſpenſio: inter quos eſt, concubinatus notorius Clerici, oblatio, uel ſuſceptio duelli à Clerico. Suſpẽduntur etiam ordinati extra tempora, uel ab Epiſcopo non ſuo, uel excommunicato, &c. Suſpenduntur, ſymoniaci: ſed de his, & alijs, qui pleniorem deſiderat tractatum, uideat canones, uel aliquem ex his, q collegerunt: ut Syluester, aut conſulat peritos.



Fondo librario antico dei Gesuiti Italiani
www.fondolibrarioantico.it

# De interdicto.

INTERDICTVM eccleſiaſticum eſt quędam prohibitio, qua in aliqua terra, uel eccleſia, uel perſonis interdicitur adminiſtratio ſacramentorum, uel diuinorũ officiorum celebratio, ſeu executio aliquorum ſpiritualium: & quando ꝓhibentur omnia ſpiritualia, dicitur ſtrictũ, quãdo quædam tantùm, dicitur largum. Triplex eſt, locale tantùm: perſonale tantùm: locale, & perſonale simul. Et cũ interdicitur aliqua urbs, locale: cum clerus, perſonale: cum utrunq; urbs, & perſonæ, dicitur locale, & perſonale simul. *Interdictũ quid ſit.* *Interdictum triplex.*

Quodlibet iſtorũ duplex eſt, gñerale, ut cũ interdicitur tota urbs, uel populus, uel ꝓuincia: Particulare, vt cũ aliqua eccleſia in urbe, uel aliqua pſona, uel in uno delicto plures nominantur, & tunc quocunq; pergant interdicti ſunt, quãdiu durat interdictum (ſi ad tẽpus fuit, uel abſoluuntur) nec poſsũt audire diuina; immo in diuinis euitãdi ſunt, ſi ſint nominatim interdicti, ſicut excõmunicati, *Itẽ, aliud generale, aliud particulare.* *Nota.*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

non autem extra diuina.

*Quæ poſſit interdicere Papa, quæque cæteri prælati.*

Poteſt Papa oĩa interdicere, præter baptiſmum paruulorũ, & pœnitẽtiam morientium, & illa ſine quib⁹ iſta duo non poſſunt benè fieri. alij prælati non poſſunt, niſi ſecundum iuris diſpoſitionem, interdicere.

*Quando tenetur quis obſeruare interdictũ.*

Ab obſeruationem interdicti tenetur quis, quando publicè promulgatum eſt cõtra perſonã, uel collegiũ, uel locum certum à iudice, ſpecialiter, & expſsè, non aliter. Sufficit autẽ ſcire, quòd uicini, & maximè metropolitana ecclesia receperit ſententiã & ſeruet: & etiam religioſi exempti, nisi habeant ſuper hoc ſpeciale priuilegium, tenentur id obſeruare: excuſat tamen ignorantia probabilis: non craſſa, uel ſupina.

*Religioſi exempti tenentur obſeruare interdictũ niſi &c.*

*Quænam ignorãtia excuſet ab obſeruatione interdicti.*

Clero interdicto, nõ intelligitur populus interdictus, nec uice uerſa, & nomine cleri, in materia fauorabili, intelligũtur religiosi, nõ autem in odioſa. Interdicta ciuitate ꝑpter delictum dñi, ciues non ſunt interdicti ideo extra ipſam poſſunt audire diuina. Si aũt populus eſt interdictus, & comites, & nobiles interdicti ſunt (niſi ex priuilegio ſint ſui iuris) & etiam ſuburbia, & villæ circa ciuitatẽ, quæ non pertinent ad aliã vniuerſitatem.

*Eorũ, qui in*

Inter-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Interdicto clero, non eſt interdicta eccleſia: ideo alij clerici licitè celebrant in ea. ſi eccleſia interdicatur, alia ecclesia cohærés, vel capella, mediãte muro, nõ intelligitur interdicta. Si veniant hoĩnes nõ interdicti ad alia loca interdicta, nõ poterunt ibi celebrare, neque audire diuina: ſecus ſi cõmunitas, & nõ locus excludendi tñ eſſent interdicti, & curãdũ ne vilipendantur cenſuræ Eccleſiaſticæ. Qui habitant in populo interdicto, non ſunt tamen de illo, non cenſentur interdicti, nec pueri, qui doli non ſunt capaces.

*terdict poſſunt, differentiæ.*

*Cleri nomine quinam intelligantur.*

Interdictum aliquando emanat à iure: aliquando ab homine. A iure, primò generale eſt contra collegiũ, vel vniuerſitatem cogentem eccleſias, vel perſonas Eccleſiaſticas ſoluere pedagia, &c.

*Interdictũ aliud à iure aliud ab homine.*

*A iure generale eſt.*

Secundò, contra vniuerſitatem locantem domos vſurarijs, ad exercendum fœnus.

Tertiò, contra vniuerſitatem, quę repræſalias cõcedit contra perſonas Eccleſiaſticas.

Quartò, contra non ſeruantes ſeruanda in electione Papæ.

Quintò, contra quamcunque ciuitatem (pręter Romanã) quæ conſen-



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

tit, dando auxilium, conſilium, vel fauorem occidentibus, vel percutientibus Cardinalem, vel non punientem infra menſem, ſi poterit.

Sextò, contra ciuitatem, quæ proprium Epiſcopum percuſſerit, vel cęperit, aut in exilium miſerit.

Septimò, contra clericos, vel religioſos, inducentes aliquem ad vouédum, vel promittendum de ſepultura, ſi in Eccleſia eum poſtmodum ſepeliant, ſi non reſtituant omnia, intra decem dies.

Octauò, contra regnum, vel locũ quãdo dominus eius impedit, ne Legatus, vel Nuncius Papę poſſit exequi officium ſuum.

In prædictis tamen caſibus (vt dictum eſt) nullus tenetur ſeruare interdictum, ante denunciationem, per iudicem faciendam.

*Interdictũ ante denunciationẽ obligationem non inducit. interdictũ à iure, particulare eſt.*

Particulariter quandoque locus interdicitur à iure.

Primò, quãdo Eccleſia eſt polluta per homicidium, vel effuſionem ſanguinis iniuſtam, aut ſeminis ſtudioſè procuratam: & ante recõciliationẽ, nõ debẽt ibi officia diuina celebrari.

Secundò, si propter diſcordiam patronorum Epũs claudit oſtia, & tollit inde reliqas, & ꝓhibet celebrari.

Ter-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Tertiò, si eccleſia per ſymoniam eſſet conſecrata.

Quartò, si principaliter ꝑ quæſtu.

Quintò, si sine licẽtia diœceſani Epi.

Sextò, si sine reliquijs, vel in loco deſerto.

Septimò, si hæreticus tradatur ſepulturæ eccleſiaſticæ ſcienter.

Ab hoĩe quocunq; fertur ſentẽtia interdicti, qui poteſt ferre excõmunicationis: vnde nulla mulier id põt. *Interdictum ab homine.*

Quando ab hoĩe fertur, ob contumaciã, debet ꝓcedere monitio, & forma tradita. Et defectu monitionis aliquãdo eſt nullum, aliquãdo iniuſtum interdictum. Si ꝓpter delictũ feratur, nõ eſt neceſſaria admonitio. *Interdicto ab homine aliquãdo neceſſaria monitio: aliquãdo non.*

Forma verborũ in interdicto, eſt iſta, Nos ꝓpter talem cauſam, Eccleſiam, vel Ciuitatẽ Eccleſiaſtico ſuppónimus interdicto. & ſcdm doctores non põt poni sine rationabili cauſa. *Interd. forma. Interdictũ ſine rõnabili cau. põi non põt.*

Ad relaxandũ interdictũ, nõ ẽ aliqua certa forma verborum, ſed nudo verbo põt tolli; dicẽdo, reuoco, remoueo, vel abſoluo, & similia. & ſi eſt ad tẽpus, vel ex cõditione, his expletis, ex ſeipſo desinit. ſola enim intẽtione authoritatem habentis, quocunque modo expreſſa, relaxatur. *Interdictũ qũo relaxetur.*

Quãdo perſona eſt ſimpliciter in-



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

terdicta,illa poſt ſatisfactionem relaxari debet, vel abſolui.quando verò populus,vel locus,ſoli, qui peccauerunt,ſatisfaciant,& abſoluãtur. ſi illi inquorũ fauorẽ poſitũ eſt interdictũ, non ſeruant, nec alij tenẽtur, & dicuntur violare, quando maiores ex eis,vel eorum maior pars violat.

*Nota.*

Interdictũ põt relaxari, si eſt ab homine,ab eo, q̃ tulerit, vel à ſuperiore. Si verò ſit à iure, & cõditor iuris nõ reſeruauerit: Epũs põt relaxare, & non inferior Ordinario,si eſſet terminatũ ad certũ tẽpus à iure,nõ poſſet tolli ab Ordinario,ãte illud tẽpus

*Interdictum ab hoĩe à quo relaxetur.*

*Interdictum à iure quis tollat.*

In gñrali interdicto loci,nõ p̄ſonę, ſtandum eſt moderationi cap. Alma, &c. ideſt vt quotidie in eccleſijs, & monaſterijs Miſſę, & alia officia celebrari poſſint,ſicut prius,uoce tamen ſubmiſſa,ianuis clauſis nõ pulſatis cãpanis,excõnicatis, & ĩterdictis excluſis.Et in feſtiuitatibꝰ Natalis Dñi,Reſurrectionis, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, Aſſumptionis,omniũ ſanctorum,pulſatis cãpanis,diuina celebrãtur,excluſis tãtũ excõmunicatis:dũtñ illi, p̄p̄ quos poſitũ eſt interdictũ, nõ appropinquent altari .i. nõ faciãt offertoriũ. Et dies incipit à ueſperis uigiliæ,uſq; ad feſti cõpletoriũ. Imò

*Interdicti localis generalis moderatio*

& miſſa

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

& miſſa vigiliç, ſecundum aliquos poteſt includi. Eiſdem diebus aqua ſolé niter poteſt benedici, & aſpergi, panes, & fructus benedici, & ad miniſtrari: benedici virgines, calices, &c.

*Tempore interdicti quę Sacramenta concedantur.*

Sacramentum baptiſmi adultorũ & paruulorum, tẽpore interdicti conceditur, & cõfectio chriſmatis in die Iouis ſancti, & chriſmatio tã adultorum, quàm puerorum, & pœnitentia tam ſanorum quã morientium, exceptis excõmunicatis, & illis, quorum culpa vel dolo, lata eſt ſententia, uel dederũt auxilium, &c. Cõceditur ẽt viaticum exiſtẽtibus in periculo mortis, & poteſt portari cum lumine, & campanula, nec ꝓhibentur interdicti adorare hoſtiam, niſi cum diuina officia actualiter celebrantur.

## De ceſſatione à Diuinis.

*Ceſſatio à diuinis ob quam cauſam addatur, quidque prohibeat.*

ALIQVANDO cum obedientia non eſt præſtita excommunicationi, nec interdicto, addi ſolet ceſſatio a diuinis, quæ prohibet celebrationem diuinorum officiorũ, & adminiſtrationẽ ſacramentorum,



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*Ceſſatio à diuinis quantum liget.* etiam ianuis clauſis. Tunc autem litteræ Apoſtolicæ benè conſiderandæ ſunt, & ſecundũ eas iudicandum, quia ligant q̃tum Pontifex expreſſit, & non amplius. Eſt ergo ceſſatio à diuinis, qua deſiſtitur ab officijs diuinis, & miniſterio ſacramentorum; & diuiditur in gñralem, quę imponitur loco vniuerſali, ut ciuitati: & in particularem, quæ imponitur loco particulari, vt Eccleſiæ. Non eſt autẽ cenſura, quemadmodũ erat interdictũ, & qui violat ceſſationem à diuinis, etiam particularem, non eſt propterea irregularis, ut qui violat interdictum. Et qui priuilegium habet audiendi diuina officia tempore interdicti, non ei ſuffragabitur, ut tempore ceſſationis à diuinis audire poſſit, nec qui priuilegium habet audiẽdi tempore ceſſationis generalis, cõtinuo audire poterit tempore ceſſationis particularis. Et hæc de ceſſatione attigiſſe ſit ſatis.

*Ceſſatio à diu. q̃d ſit* — *Ceſſ. à diui. duplex generalis, & particul.* — *Ceſſ. à diuin. nõ eſt cenſura, & eius violatio irregul. non inducit.* — *Nota.*

## De irregularitate.

*Irregularitas quid ſit.* IRREGVLARITAS eſt nota ſeu impedimentum canonicũ, de facto ꝓueniens, qua quis ad Eccleſiaſticos ordines promoueri, & iam promotus in eis miniſtrare prohibetur.

Vnde

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Vnde latius patet, quã ſuſpenſio, quę tantum importat inhabilitatem ad executionem.

Tribus modis in gñre contrahitur ex delicto, ex defectu corporis, ex defectu ſacramenti: nunquam tamē incurritur, niſi ſecundum illos modos, vel caſus, qui expreſſi ſunt in iure. Sunt autem multi caſus.

*Irregularitas tribus modis contrahitur. Caſus irreg. in iure expreſſi.*

Primò, per homicidium.

Secundò, per ordines ſuſceptos, vel ſacros exercitatos, in maiori excōmunicatione.

Tertiò, per plures ordines ſacros vno die receptos, uel minores cū aliquo ſacro, niſi excuſet conſuetudo.

*Conc. Triden. ſeſſ. 23 de reforma. c. 13 hoc ne fiat omnino cauit.*

Quartò, per reiterationē baptiſmi.

Quintò, per apoſtaſiam à fide.

Sextò, ꝑ infamiam, ſecundum quoſdam, quę tollit executionē ordinum & exercitium cuiuſcunq; dignitatis, & honorem q̃ſitum, & quærendum.

Septimò, per ordinationem ab Epiſcopo nominatim excommunicato, ſchiſmatico, hęretico, depoſito, ſuſpēſo, interdicto, degradato, ſecus ſi toleratur adhuc ab Eccleſia.

Octauo, Recipiendo ordines ſacros ab eo, qui renunciauit loco, & dignitati: uel ab Italico, ſi recipiens ſit ultramontanus, & celebret.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Nonò, Recipiendo extra tempora vel ante ętatē, ſi miniſtrat in ſuſcepti ordinis miniſterio, ſecundū aliquos.

Decimò, Miniſtrando ſolenniter in ordine ſacro non habito.

Vndecimò, Incurritur á ſuſpēſo, ex cõnicato, uel interdicto, ingerenti ſe diuinis, celebrãdo, uel faciẽdo aliq̃d attributū certo ordini, etiã minori, ut accolitatus, ſi ut talis id faciat.

Duodecimò, Propter crimen, quo ſuſpenſus eſt à can. Si miniſtrat in ordine ſacro.

Decimotertiò, Propter Bigamiã.

Decimoquartò, Propter matrimonium, contractum ab eo, qui eſt in ſacris, uel habet votum ſolenne.

Decimoquintò, Per celebrationē vel cuiuſuis ordinis executionem in loco ſpecialiter p̃ Iudicē interdicto.

Decimoſextò, Propter corporis uitium, ideſt, ſi quis eſt mutilatus aliquo membro, uel debilitatus, qualis eſt cœcus, uel habens manum aridam, uel aliud membrum inefficax, ſi quidem reddatur inhabilis ad frangendum, uel contractandum hoſtiam, uel calicem; uel ſi ſcandalum generat propter deformitatem.

Decimoſeptimò, Propter illegitimitatem.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Decimooctauò, propter dilationẽ baptiſmi in adultis, uſque ad ægritudinem, nec iſta irregularitas tollitur per baptiſmum.

Decimononò, propter hæresim.

Vigesimò, propter ſeruitutẽ. Adduntur, & alij quidam caſus, ſed ſuffiet hos enumeraſſe. Vt autẽ fusius dicatur de irregularitate, quæ cõtrahitur ꝑ homicidium, uel mutilationem actualẽ, uel cũ quis operatur aliquid, quod ſit propriè horũ cauſa, ẽt abſq; peccato; aduerte, ꝗ si effectus nõ ſequitur, nunquã incurritur irregularitas, qa ſola uolũtas nõ ſufficit.

*Irregularitas ex homicidio nunquam contrahitur, niſi ſequatur effectus.*

Tres autẽ regulas ponit S. Thomas ad diſcernendum, quando huiuſmodi irregularitas incurratur.

*Regulæ tres pro irregularitate ex homicidio dignoſcenda.*

Prima eſt, qui dat operã rei licitæ adhibens diligentiã, quã debet, & nõ excedens, nec habens uoluntatẽ occidendi, uel mutilãdi, nõ fit irregularis, propter ſequens homicidium.

*Regula 2.*

Secunda eſt, qui dat operã rei licitæ, nõ adhibens diligentiã, q̃ debet, uel exiſtens in culpa commiſſionis, etiam leui, non autem leuiſſima, ideſt, omiſſionis, fit irregularis.

*Regula 3.*

Tertia, qui dat operã rei illicitæ, ſemp fit irregularis. ſub his plurima particularia eluceſcere poſſunt. Et

*Nota.*

aduer-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

aduerte, quòd iudex, uel doctor in dubio non debet aliquẽ iudicare irregularẽ, ſeipſum tñ in dubio quiſq; reputet. Notandum, q̃ quando irregularitas contrahitur ꝑp occiſionẽ uel mutilationem iuſtã, non eſt ea, quæ admitti dicitur, ꝑpter homicidiũ uoluntariũ: unde ea nõ reſeruatur ſummo Põtifici, cũ reſeruatur irregularitas, in quã ꝑpter homicidiũ uoluntarium quis incurrit. Prælati, uel clerici, qui petunt contra aliquẽ iuſtitiã cũ ꝓteſtatione, quòd nõ intẽdunt pœnã ſanguinis, nõ incurrũt irregularitatẽ, licèt ſequatur effectus: nec qui ꝓditionẽ, uel ꝓditorẽ reuelat cum hac proteſtatione: ſecus ſi nõ proteſtatur. Tamen Inquiſitor tradens hæreticũ iudici ſeculari, licèt inſtet, ut comburatur, non fit irregularis: quia ſolùm eis prohibetur executio.

*Irregularitas ex homicidio iuſto ſummo Pontifici nõ reſeruatur.*

*Prælati, vel clerici petentes cõtra aliquẽ iuſtitiã cũ proteſtatione, irregularitatẽ nõ incurrunt.*

*Inquiſitor inſtãs, vt cõburatur hæreticus, nõ fit irregularis.*

Vt autẽ melius intelligatur irregularitas, quę incurritur ex homicidio, vel mutilatione in bello, etiam iuſto notanda ſunt ea, quæ ſequuntur.

*Tria circa irregularitatem ex homicidio, in bel*

Primò, clericus repellens uim vi cum moderatione inculpatæ tutelę, quãdo aliter mortem euitare nõ poteſt, ſi occidat, non fit irregularis. Similiter ſi in bello iuſto de licentia



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Papæ exprimétis, quòd poſſit indiffe renter pugnare, quéquam occidat.

Secundò, ſi in bello iniuſto vtatur armis, uel præſtet auxilium, cõſiliũ, vel fauorẽ, incutiendo timorẽ aduer ſarijs, & occidatur quiſquam, etiam non ab ipſo, fit irregularis.

Tertiò, qui eſt in bello iuſto cum armis defenſionis, hortans bellantes & intercedens pro eis, dummodo nõ occidat, nec mutilet, non fit irregula ris. ſi ipſi pugnant, ſed nõ occidunt, nec mutilant, non ſunt irregulares. Et ſi putat clericus, ſe occidiſſe potius, quã contra, cẽſendus eſt irregularis: aliter non, niſi alij ſcirent certò ipſum occidiſſe.

Cũ qs abſoluitur à peccatis, prius debet abſolui ab excõmunicatione: non tñ ab irregularitate diſpenſari, quæ, ſecũdũ ſe, peccatum nõ eſt, nec peccatum includit, ut excommunicatio. Propter clericos tamen vtilis eſt hæc cognitio Confeſſori.

Tribus modis tollitur irregularitas aliqua per baptiſmum, ſi uenit ex ſe quela peccati propriè: non autem ſi ex bigamia, nec ex defectu nataliũ.

Secundò, aliquà irregularitas tollitur per religionis ingreſſum, quæ ſcilicet, non prouenit ex proprio

*lo ẽt iuſto, notanda.*

*Quòd ſi mortẽ euitare poteſt per Cõcil. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. de reform. fit irregularis.*

*In abſolutione à peccatis diſpẽſatio ab irreg. non p̃mittenda ab excommun. verò præmittenda.*

deli-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*Tertiò per diſpenſationem.* *Nota.*

delicto. Talis enim poſſet promoueri ad ordines, ſed non ad dignitates, tamen facilitat diſpenſationem religio.

Tertiò modo per diſpenſationem tollitur omnis irregularitas. Prælati mittentes ad ordines ſuſcipiendos vel Epiſcopus promouens, ipſo facto diſpenſant, ſi hoc intendunt.

*Forma diſpenſandi ſuper irregularitate.*

Forma conſueta diſpenſandi ſuper irregularitate, eſt talis: Ego diſpenſo tecũ ſuper irregularitate, uel irregularitatibus, quam, uel quas cõtraxiſti, propter talem, uel talem cauſam: uel, ſi contraxiſti, quando eſt dubium.

Hactenus de cenſuris eccleſiaſticis, quantum ſatis eſſe duximus ad inſtituti opuſculi rationem: ubi non omnia, quæ attinguntur, exactè tractanda: ſed Confeſſarium dirigendum ſuſcepimus, ut nõ tantùm his, quæ hic didicerit, ſed, & alijs ubilibet lectis bene utendo, officio Confeſſarij meliùs, ad animarum auxilium, & Dei gloriam perfungatur.

FINIS.

ESSER-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

# ESSERCITIO FACILE, ET VTILE,

## Con che ageuolmente, & in breue tempo i Sacerdoti, Curati nouelli potranno imparare la pratica del Confeſſare.

## AVERTIMENTI PER LI lettori de caſi di conſcientia deputati da Monſi. Illuſtriſ. & Reuerendiſs. Cardinal PALEOTTI per la dioceſe.

PRIMA *ſarà officio de detti lettori di procurare, che li Sacerdoti à loro ſoggetti, maſſimamente Curati, & anco altri ſudditi loro ordinati in ſacris, attendano ad imparare i caſi di conſcienza, e particolarmente la pratica del confeſſare: il che ſi farà facilmente in vedere con*



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*diligenza quel libretto intitolato, Direttorio per li Confeſſori, compoſto dal Reuerendo Padre Giouanni Polanco Theologo della Compagnia di* GIESV.

*Secondo, per queſto fine appartenerà al detto lettore cauare, & proporre i punti di detto libro, & diſtribuirli à Sacerdoti à lui ſoggetti, quali farà raunare inſieme ne giorni, & nel loco, che à lui parerà per fare l'eſſercitio ſopra di detto libro: qual finito che ſarà, potrà poi proporre altri caſi di conſcienza à detti Sacerdoti ſuoi ſudditi ſecondo che li ſarà preſcritto da Monſignor Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo, ò vero da qualche deputato da ſua Sig. Illuſtriß.*

*Terzo, in ogni raunanza ſiano almeno ſempre due, che ragionino ſopra i punti ò la materia, che li ſarà ſtata propoſta dal lettore de caſi, quale auertirà di mãdare detti punti in iſcritto à quelli, che eſſo determinerà, almeno otto giorni innãzi che ſopra di quelli habbia da ragionare: & per ſchifare le confuſioni, metta nella pollizza di quello, che primo douerà ragionare, il numero primo, & in quella del ſecondo il numero ſecondo.*

*Quarto, auertiranno i lettori, che tutti quelli, che ragioneranno, non facciano digreſſioni impertinenti; ma ſtiano ſaldi in dichiarare, & eſplicare bene le coſe loro propoſte.*

*Quinto, quelli, che ragioneranno, ſiano molto diligenti à ſtudiare, conſiderare, & eſſaminare bene i punti, che li ſaranno propoſti, & ſi*

*trat-*

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

*tratteranno; acciò ne poſſano riſolutamente ragionare, & con frutto loro, & de gli aſcoltanti.*

*Seſto, quelli che deſidereranno fare frutto ſi ricordino ſtudiando di adoperare la penna, ſcriuẽdo tutte le coſe, che ſtudieranno, & che ſi tratteranno. Giouerà anchora molto il conferire, & dimandare aiuto à quelli, che ne ſanno più. & nello ſtudiare ſi vagliano delle ſomme de caſi, & in particolare della Armilla di Bartolomeo Pino, la quale è facile, breue, & molto ſicura.*

*Settimo, ſarà debito del lettore di ſupplire à i difetti di quelli, che nel ragionare mancheranno in alcuna coſa; douendo eſſo hauere prima molto bene ſtudiato per ſaperne dare conto, & riſolutione ad altri.*

*Vltimo, ogni lettore di tre in tre meſi con lettere, ò vero con la preſentia a bocca darà conto à Monſignore Illuſtriſſimo Cardinal, ò ad altri per queſto da ſua Signoria Illuſtriſſima deputati, come paſſa queſto eſſercitio: ſe ſi fanno le congregationi, & che frutto ſe ne caua.*

*

INDEX

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

# INDEX EORVM.

## Quæ in Directorio continentur.

AD Lectorem. fol. 3
Præfatio de ſubſtãtia, fine, & efficiẽti cauſa Sacramẽti pœnitentiæ. 7
De Confeſſarij cura circa perſonã ſuam; ac primò de ſcientia Confeſſarij. 11
De poteſtate Confeſſarij. 14
De bonitate Confeſſarij. 15
De prudentia Confeſſarij. 16



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De ſecreto, vel ſigillo Confeſſarij. 18
De cura confeſſarij circa actus pœnitentis. 20
De his, quæ præmittũtur confeſsioni. 20
De interrogatione, qua ſuppletur diſcuſio inſufficiens pœnitentis. 25
De pœnitente iuuando ad contritionẽ habendam. 29
Quomodo in ſatisfactione pœnitens iuuetur, & de pœnitentijs iniungendis. 32
Quomodo cum his, qui minori egent auxilio, ſe habeat Confeſſarius. 36
De triplici fructu, vel fine huius ſacramenti. 38
Quomodo pœnitens à Confeſſario iuuetur ad emendationem vitæ. 39
Quædam contra recidiuum. 42
Quomodo iuuetur pœnitens à Confeſſario ad gratię augmentum. 43
De Cõfeſſarij cura circa abſolutionẽ. 47
De abſolutione excommunicatorum, & eorum, qui ius tertij violarunt, &c. 48

Indicis Finis.



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

# INDEX EORVM QVÆ IN APPENDICIBVS CONTINENTVR.

In appendices Directorij Præfatio. folio. 51
De duplici interrogatorio, & eorum ordine, ac rõne. 53
Primum interrogatorium incipiens à primo præcepto. 54
Secundum interrogatorium breuius carmine comprehenſum. 74
Quædam de ſtatibus varijs, & primo de dominis temporalibus. 80
De Epiſcopis. 81
De peccatis iudicum, aduocatorum, & procuratorum. 83 & 84



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De peccatis notariorum. 85
De matrimonio iunctis. 86
De ſacerdotibus, & alijs clericis. 87
De Religioſis. 89
De Doctoribus. 90
De Scholaſticis. 91
De Mercatoribus, & artificibus. 91
De Medicis. 93
De Pueris. 94
De Proprijs remedijs peccatorũ, incipiendo à ſuperbia, & diſcurrendo per ſingula. 94 vſq; ad 100
De remedijs vniuerſalibus. 100
Quomodo his armis vtendum ad vitia ſuperanda. 101
De reſtitutione. 103
Quis debeat reſtituere. 104
Cui debeat fieri reſtitutio. 107
Quid debeat reſtitui. 110
Quantum debeat reſtitui. 113
Vbi, & quando debeat reſtitui. 114
De ordine, & modo in ſatisfactionibus tenendo. 117
De quibuſdam, quæ faciunt ad cognitionẽ excõmunicationis. 120
De effectibus excõicationis. 121



Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De peccatis excommunicatorum. 123
De peccatis, quæ ab excommunicatione redundant in alios. 125
De caſibus excommunicationis reſeruatis in Bulla Cœnę Domini. 126
De alijs caſibus excom. 134
De ſuſpenſione. 148
De interdicto. 151
De ceſſatione à Diuinis. 157
De irregularitate. 158

*Indicis Finis.*

*Ponenda ſupra fol. 15. Sub tit. De poteſtate Confeſſarij, poſt lin. 2.*

*Religioſus abſoluens ab excommunic. reſeruata, quam pœnam incurrit.*

RELIGIOSVS, qui ab excõmunicatione à iure: vel quicunque ab excommunicatione in Bulla Cœnæ reſeruata, ſine poteſtate abſoluere præſumeret, excommunicationẽ incurret. In articulo tamen, &c.

FINIS.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it
S0128

XIII·2!
B.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

LUX AD LUCEM
COLLEGIUM PHILOSOPHICUM S.I.
ALOISIANUM

Cinquecentina

n. 4.
9

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

librario antico dei Gesuiti i
www.fondolibrarioantico.it